

bellū & si minus infame: non tamen minus graue coeptū ē. Equidem de
mithridaticū belli spatium uarie traditū est: utruq; ab hinc coeperit: aut tunc
præcipue exarsit: maxie cū alii. xxx. alii. xl. annis gestū fuerant. Sed q̄
uis iisdem tēpibus gesta pplexis coaceruata malis exarsit: a me tamen
speciatim: & si breuiter singula pferent. Marius Sylla cōsule contra mi
thridatē in Asiam cū exercitu pfecturus in Campania tamē ppter soci
alis belli reliquias consistentes affectauit septimū consulatū. & bellum
suscipere mithridaticū. Quo Sylla cognito impatiēs reuera iuuenis: in
temperataque ira pcurtur cū. iiii. legionib; primū ante urbē consedit: ubi
Gratidiū marii legatū: quasi primam uictimā belli ciuilibis occidit. mox
urbem cū exercitu irrupit. faces ad inflammandā urbē poposcit. Oibus
metu additis p sacram uiam cito agmē in foro uenit. Marius cū permo
uere nobilitatē inflammare plebem equestre; deinde ordinem perarmare
aduersus Syllam frustra tētass; postremo seruis spe libertatis & prædæ
ad arma sollicitatis: nec quicq; repugnare ausistandē i Capitoliū concessit.
Sed cū eo Syllanæ cohortes irruissent: magna suorū cæde diffugit.
Ibi tunc Sulpitius marii collega seruo suo prodēte prostratus est. Seruū
uero ipsū: quod hostem indicauerat: manumitti. quod uero dominū
pdiderat: saxo Tarpeio deiici consules decreuerūt. Marius fugiens cum
persequentū instantia circūseptus esset in minturnensū paludibus sese
abdedit: de qbus infeliciter luto oblitus: ignomioseque prostratus: turpi
aūt spectaculo minturnas deduct;: contrususque in carcerem pcurtorē
ad se missum solo uultu exterruit. Deinde lapsus e uinculis in Aphri
cam transfugit. Sollicitatoque ex Utica filio: ubi is custodia obseruatur
continuo Romam regressus: Cinnae consuli societate scelex; conuictus
est. Igitur ad conflagandam uniuersā rempublicam exercitum sibi in qua
tuor ptes diuiserūt. Tres siq; de; legiones Mario datæ. parti copiarū Gne
us Carbo præpositus est. ptem Sertorius accepit: Ille scilicet Sertorius
iam hinc ciuilibis belli incensor & piceps: q̄ etiam hoc finito aliud post in
Hispania bellū excitauit qd̄ p multos annos maximis Romanorū cladib;
traxit. Cætera uero exercitus portio Cinnae secuta est. Porro autē Gne
us Pompeius: qui a senatu cum exercitu accersitus: ut rei publicæ opitu
laretur: & diu sese nouarum rerum aucupatione suspenderat: contem
ptus a Mario. uel Cinna ad Octauium consule; sese contulit. & mox cū
Sertorio conflixit. Infelicē pugnam interuent; noctis diremit. Secenti ex
utraq; pte milites trucidati sūt. Postera die cū permixta corpora ad se
pulturam discerneret: miles Pompeian; fratris sui: quem ipse interfecerat
corp; agnouit. i transcursu enī utrinq; cognitō; uult; & galæ cōsidera

tionem furor ademerat: quibus passim culpa circa ignorantiam: ut videatur
nescisse de fratre: quod non ambigit scisse de ciue. Itaque uictor uicto in
felicio: ubi & fratris corpus agnouit. & parricidium suum execratur bella ci
uilia ilico pectus suam gladio transfuerberans: simulque lachrimas & san
guinem fundens super fraternum sese cadaver abiecit. Et quid hoc profuit ad
confusionem crudelis incepti: quod in primo statim bellorum ciuiliu exordio infa
mis fama precebruit: concurrisse ignaros quod fratres: sed conscios ciues. pe
tuisse fratrem scelere uictorem fratris occisi spolia. ac mox tantam inmanitatis
rerum eodem gladio atque eadem manu per suam necem parricidium: quod admise
rat: uindicasset: nunquam in tantam aiositate peritum tam triste mouit exemplum. Nunquam
apud quem periculum sceleris repulit terror erroris? Nunquam haec quae consensu
etiam cum bellis pietas & reuerentia naturae: quod unum primordium ac pereundo
comisit: quod in se agi posset intremuit: se sequens ab huiusmodi incepto con
scientia uictorem remouit? Quin potius annis fere. xl. consequentibus in tantum conti
nuata sunt bella ciuilia: ut magnitudo laudis appetenda ex magnitudine
sceleris putaretur. Omnes enim post tale documentum in tali malitia parricidio
rum pericula refugissent: nisi parricidia ipsa uoluissent. Igitur Marius co
loniam Hostiensem uel ingressus omnia ibi genera libidinis auariciae & cru
delitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit. exercitus uero eius pe
stilentia correptus pene totus absorptus est. Nam. xi. M. uirorum de castris Po
peii mortua. sex. M. autem de parte Octauii consulis subtracta sunt. Marius
Antium & Ariciam ciuitates hostiliter irrupit. cunctosque in his praeter per
ditores interfecit: bona suis diripienda permisit. Post Cinna consul cum legionibus
& Marius cum fugitiuis urbem ingressi nobilissimos quosque e senatu &
plurimos consulares uiros interfecerunt. Sed quota haec portio ostentatae
miseriae est. uno uerbo definisse caedem bonorum: cuius fuit tanta numerositas
tanta diuturnitas tanta crudelitas tantaque diuersitas. Verumtamen a quibus
est: me aliquid utilitatis subtraxisse causa: quae tantum horroris ingessisse noti
ciae: siue peritis haec siue impitis obiiciant. De prioribus siquidem de ciuibus & de ma
ioribus nostris haec loquimur: qui his exagitati malis tam abominanda ges
serunt: de quibus etiam in auditis posteris phorrescant: quae profecto nolunt ista nimi
um exaggerati aut sufficientis notitiae moderatiore: si sciunt: aut misericor
dis reuerentiae contemplatiore: si nesciunt. Igitur Marius cum interfectorum ciuium capi
ta illata conuiuibus oblata Capitolio collocata rostris spectaculum ornatum
que congereret: ac septimum consulatum cum Cinna tertium consule peruasissimum: in exor
dio consularis impii sera tandem morte praereptus est. Cinna bonorum necem malorum
caede suppleuit. nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis praedae
dandi esset: nullamque partem auctoribus praedae consulibus ministraret in foveam quasi

stipendii cā sollicitata: militibusq; circūdata: inermis extincta est. Cæsa sunt illa die in foro urbis octo. M. fugitiuorū: idēque Cīna quartū consul ab exercitu suo interfectus ē. Interea residui senatorū: q; potentiā Cinnæ & Matii crudelitātē insaniā Fimbriæ Sertoriiq; audaciā fuga euaserant: transuecti ī Græciam coegere precibꝰ Syllam: ut piclitanti imo iaz pene pditæ patriæ opē ferret. Igit̃ Sylla mox ut Campanū litus attigit: Norbanū cōsulem prælio oppressit. vii. milia tunc Romanorū Romani interfecerunt. sex milia eorundem ab iisdem capta sūt. c. xxiiii. de Syllana pte ceciderunt. Fuluius uero Hadrianus: cui īperiū p prætorē erat: regnū Aphricæ seruoꝝ manu affectans a dominis eorū apud Vticaꝝ cōgestis sarmentis cū. oī familia incensus ē. Damasippus prætor īcentore Mario consule Quintum Scæuolam: Gaium Carbonem: & Luciū Domitium: Publium Antistium: in curiam quasi ad consultandum uocatos crudelissime occidit. Corpora interfectoꝝ ū carnifices unco tracta: atque in Tyberim missa sunt. Eodem tpe Syllæ duces plura prælia aduersus marianas partes infelicissima felicitate gesserūt. Nam & Quintꝰ metellus Charinatis copias cecidit. & castra puasit. & Gneus Pōpeius Carbonis eq̃tatum grauitet trucidauit. Syllæ & marii adolescētis maximū tunc prælium apud sacriportū fuit: in quo de exercitu marii cæsa sunt. xxv. milia. sicut Claudius scribit. Pōpeius Carbonem etiam castris exiit. fugientemq; insecutus nunc cædendo: nunc ad deditiōem cogendo plurima exercitꝰ parte priuauit. metellus Norbani agmen oppressit: ubi. ix. milia marianæ ptis occisa sunt. Lucullꝰ cū a Quintio obsideret: eripit. & repentina pugna obsessorem deleuit exercitū. Nam plꝰ q̃. x. milia ibi tunc cæsa referunt. Sylla deinde cū Campaninio sannitūꝝ duce & Charinatis reliquis copiis ante ipsam urbem portamque Collinam ad horam diei nonam signa contulit. grauissimoque prælio tādēꝝ uicit. lxxx. milia hoīum ibi fusa dicunt. xi. milia sese dediderūt. reliquaz multitudinem ī fugam uersam īsatiabilis uictorū ciuiū ira cōsumpsit.

Sylla urbem intrauit. multosq; interfecit & p̃scripsit.

5 Sylla mox ut urbem uictor intrauit: iii. milia hoīūꝝ q̃ se p legatos dederant: cōtra fas: cōtraq; fidem datam inermes securosque interfecit. Plurimi tunc quoq;: ut nō dicam īnocentes: sed etiam ipsius Syllanæ partis occisi sunt: quos fuisse plus q̃. ix. milia ferūt ita libere per urbem cædes percussoribus passim uagantibus ut quenq; uel ira uel præda sollicitabat: agitabatur. Igit̃ cunctis iam: quod singuli

timebant: aperta fronte timentibus: Quintus Catulus Syllæ dixit. Cum quibus tandem uicturi sumus: si in bello armatos: in pace inermes occidimus? Tunc Sylla auctore Lucio Furfidio primipilari primus infamē illam tabulam p̄scriptionis induxit.

Sylla dicturam adeptus est.

Rima p̄scriptio. lxxx. M. hominū fuit: in quibus quatuor cōsulares erāt: Carbo Marius Norbanus & Scipio: inter eosq; Sertorius tūc maxime p̄timefcēdus. Item alia cū. d. nominib; p̄posita ē: quam cū Lolli; quippe securus: nihilque sibi conscius legeret: ubi suū repente nomē offendit: dum se trepidus ad operto capite foro subtrahit: interfectus ē. sed ne in ipsis quidē tabulis fides ac finis malorū uidebatur. Nanque alios: quos p̄scriperāt: iugulabāt. alios autē postquā iugulauerant: p̄scribebant. nec ipsi; mortis erat uia simplex: aut una cōditio: ut in nece ciuiū saltē ius hostiū seruare: q̄ nihil uictis: p̄ter uitam exigunt. Marcum Marium siquidem de caprili casa extractū uinciri Sylla iussit. ductūque trans Tiberim ad Lucretiorū sepulchrū effossis oculis: mēbrisque minuatis de seētis: uel etiā fractis trucidari. Post hūc Publius Lectorius senator & Venuleius triūuir occisi. Marci Marii caput Præneste ē missum: quo uiso Gaius Marius ultima despatiōe correptus: ubi a Lucretio obsidebatur: ne incideret in inimicorū manū cū Telesino mutua morte concurrat. Dūque uiolenti; ipse in concurrentem manus adegit circa suū uulnus manū p̄cutientis hebetauit. Ita eo interfecto ipse leuiter uulnerat; ceruicē seruo suo p̄buit. Charinatē p̄torem Romanum Sylla iugulauit. Inde Præneste p̄fect; oēs Marianæ militiæ princeps: hoc ē legatos: quæstores: p̄fectos: & tribunos iussit occidi. Pompeius Carbonē a Cossura insula in Aegyptū fugere conantem in Siciliam ad se retractū & cōplures cū eo socios eius occidit. Sylla dictator creat; ē: ut dn̄ationis & crudelitatis libido honesti p̄cipuiq; noīs reuerentia & amare & uelaretur. Pompeius in Aphricā trāsgressus eruptione circa Vticam facta. x. & ix. M. hominū interfecit: quo bello Domitius dux Marian; dū inter primores pugnat: occisus ē. Idēq; Pompeius Hiertā Numidiæ regē p̄secutus: fugientē ab Vgode bocchi marorū regis filio spoliari oibus copiis fecit: quē continuo Bullā reuersus tradito sibi oppido interfecit.

Post bella ciuilia sonātib; undiq; bellorū fragorib;. iiii. bella exurrexisse

Reatis itaq; Publio Seruilio & Oppio Claudio cōsulib' Lu
ci' Sylla ē tandē priuatus. Hoc sine conclusa sūt duo bella fu
nestissima sociale Italicū: & Syllanū ciuile. Hæc p̄ annos. x. tra
cta plus q̄. c. l. M. Romanorū consūpserūt. tantūq; lectissimorū uirorū
uernaculorūque militū hoc ciuili bello Roma pdidit: q̄tū in ea supior
tempore: cū se iam aduersum Alexandrē magnū circūspiceret: indiscre
tis ætatibus census iuenit. Præterea viros cōsulares. xxiiii. prætores sex.
ædificios. lx. senatores fere. cc. absque innumeris totius Italiæ populis: q̄
passim sine consideratiōe deleti sunt. Quod neget quisq; si ualet: qn co
dem dāno suo uicerit Roma: quo amisit Italia. propudor. Nūqd nam
& hic cōparatione ambigua egent tpa? Immo uel maxime inquit. Nā
quid tam apte: q̄ bellis ciuilibus bella ciuilia cōparāf? An forte dicetur:
etiam in his temporibus bella ciuilia non fuisse: quibus a nobis respon
debitur. Iustius quidem socialia uocari oportere. sed nobis p̄ficere si ci
uilia nominent. Tunc enī causis uocabulisque ac studiis paria docent
oīa: dum sibi in his tanto plus uindicat reuerentia christianæ religionis
quanto minus præsupserit ira uictoris. Nā cū plerūque improbi tyranni
temere iuadent: s̄ re publicam: uisurpatoque regio statu Romani imperii
corpus abruperint: atque ex eo bella uel per se iniusta iportarint: uel i se
iusta cōmouerint: Britannis Gallisque populis erecti & istructi hæc bel
la q̄tū externis p̄xima: tantū lōginqua ciuibus: qd nisi socialia iure uo
citantur: cū ipsi Romani Sertorii quidem: aut Perpēnæ: aut Crassi: aut
Spartaci bella ciuilia uspiam noīarint. In tali ergo uel defectu: uel duel
lione sociorū minore nūc utiq; iuidia laboraret: si fortassis existeret uel
grauis pugna: uel cruenta uictoria. Verū tamen cū in hisce t̄pib' omnia
plus necessitatis afferant: & min' pudoris: hoc est cā: pugna: uictoria. uel
extinguenda insolentia tyrānorū: uel pro cohibēdo sociorū defectu: uel
pro inurendo ultionis exemplo: cui tandem dubiuz est: quanto nūc mi
tius: quantoque clementius excitata: ut dicunt bella ciuilia gerūt imo
reprimūtur. Quis enī unum ciuile bellum per decem annos his tēpori
bus agitatū audierit? Quis uno bello. c. l. M. hominum uel hostiū ab
hostibus: ut non dicā ciuium a ciuibus cæsa meminerit? Quis illaz quā
explicare longū est: optimorū atque illustriū uiroꝝ multitudinem tru
cidari in pace cognouerit? Postremo q̄s illas infames interficiendorū ta
bulas tenuerit? legerit? senserit? ac non potius omnibus notū sit: una cū
ctos pace cōpositos atque eadē salute securos uictos uictoresq; pariter
cōi exultasse læticia: ac etiā in tantis toti' ipii Romani puinciis urbib' ac
populis uix paucos aliquādo extitisse: quos iusta ultio iuito & uictore

damnarit? Et ut uerbis uerba non onerem: non temere dixerim tantam uel in bello saltem extinctam modo fuisse gregarioꝝ militū manū quā ta tunc cæsa est in pace nobiliū. Igit̃ Sylla mortuo Lepidus Maurianæ partis assertor aduersus Catulū Syllanū ducē surgens rediuiuos belloꝝ ciuiliū cineres suscitauit. Bistūc acie certatū est. Plurimi romanorū iam ipsa paucitate miserorū: & adhuc illo furore insanientiū cæsi sunt. Albanorū ciuitas obsidione oppugnata atq; excruciatā fame. uitiā miserabiliū reliquiay deditiōe seruata est. Ibi tūc Scipio Lepidi filiꝝ captꝝ atque occisus est. Brutus in cisalpinam Galliam fugiens: psequēte Pōpeio apud Regiū interfectus ē. Ita hoc bellū ciuile non magis clemētia Catuli: q̃ tedio Syllanæ crudelitatis: ut ignis in stipula cadeꝝ celeritate qua exarsit: euanuit. Anno ab urbe condita anno. dc. lxxiii. sonantibus undique belloꝝ fragoribꝝ: quorū unū in Hispania erat: aliud i Pāphilia in Macedonia tertiū: q̃rtū i Dalmatia exanguis adhuc atque exhausta intestina perniciē: tanq̃ febribus Romana res publica ppulsare armis occidentis septentrionisq; fortissimas gentes cogebat. Sertoriꝝ siquidem uir dolo atque audacia potens: cū partiū marianarū fuisset Sylla fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispaniā bellocissimas ferocissimasque gentes in arma ex armis excitauit. Aduersus hūc ut breuiter definiam duos duces missi Metellus & Domitius: quorū Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cū exercitu oppressus ē. Manilius p̃cōsul e Gallia in Hispaniā cū tribus legionibus & .M. d. equitibus transgressus iniquā cuz Hirtuleio pugnam conseruit: a quo castris copiiisque nudatꝝ in oppidum Hilerdā pene solus refugit. Metellus multis præliis fatigatus p̃ deuia oberrans hostē mora fatigabat: donec Pōpeii castris consociaret. Pōpeius contracto apud Polentiam exercitu Lauronem ciuitatem: quā tūc Sertorius oppugnabat frustra conatꝝ defendere: uictus aufugit. Sertorius supato fugatoque Pōpeio Lauronem captam cruentissime depopulatus est: reliquū agmen Lauronensiu: quod cædibus supfuerat: miserabiliter in Lusitaniā captiuitatē traduxit. Pompeiū aut̃ hoc est illū Romanorū ducē a se uictum fuisse gloriatꝝ ē: quem magna præditam fiducia ad hoc bellū non p̃ cōsule: sed p̃ consulibus Roma misisset. Fuisse tunc Pōpeio. xxx. milia peditū & mille eqtes Galba scribit. Sertoriū aut̃ lx. milia peditū. octo milia equitū habuisse commemorat. Postea uero Hirtuleius cū Metello congressus apud Artalicam Bethycæ urbez. xx. M. militū pdidit: uictusque in Lusitaniā cū paucis refugit. Pōpeiꝝ Belgidam nobile Celtiberiæ urbē cepit. Sertorius cum Pōpeio deinde congressus. x. M. militum eius interfecit. Ex alio cornu uincente Pompeio

tantundē pene ipse perdidit. Multa inter eos præterea prælia gesta sunt. Memmius quæstor Pōpeii idēque uir sororis eius occisus ē. Hirtuleii fratres interfecti. Perpēna: q̄ se Sertorio iunxerat: cōminutus ē. Postreō ipse Sertorius. x. demum anno belli inchoati iisdē: q̄bus & Viriat^o suoz dolis interfectus finē bello fecit. Romanisque uictoriā sine gloria dedit: q̄uis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit: q̄ a Pōpeio uictus cum uniuerso exercitu suo interfectus ē. Ciuitatib^{us} uero cunctis ultro ac sine mora p̄ deditiōē receptis duæ tantuz restiterunt: hoc ē Vximia & Caliguz: quaz Vximiam Pōpeius euertit. Caliguz Afrannius iugi obsidione confectam. atque ad infames escas miseranda inopia coactā ultimo cæde incēdioque deleuit. Percussores Sertorii præmium ne petendum qdē a Romanis esse duxerunt: quippe qui meminissent atea Viriati percussoribus denegatum. Et q̄uis nullo tūc præmio patrauerit romanam securitatem: tamen fide fortis ac uiribus semper Hispania: cuz optimos inuictissimosque reges rei publicæ dederit: nullum unq̄ tyrānoz ab initio usque in hodiernum diē uel de se editum misit: uel in se extrinsecus incurrentem uiuum: potentemue dimisit.

De bello Macedonico.

Interea Macedonicum bellum Claudius fortitus uarias gētes quæ Rhodopeiis mōtib^{us} circumfusæ sunt: ac tūc Macedoniaz crudelissime populabant. naz inter cætera dictu audituq̄ horrida: quæ in captiuos agebant: raptis cum poculo opus cēt: romanoz capitum ossibus eruentis: capillatisque adhuc: ac per interiores cauernas male effosso cerebro oblitis: auide ac sine horroz: tanq̄ ueris poculis utebant: quoz eruentissima atq̄ immanissima corda sciuerant. Has itaque ut dixi: Claudius Macedoniaz pellere finibus bello attētauit: magnisq̄ se maloz molibus obiecit: unde cuz animo æger esset curis circumseptus morbo insup correptus interiit. Hui^{us} successor Scriboni^{us} attentaz superiore bello gentium uim declinans in Dardaniam arma cōuertit: eamq̄ superauit.

De suscepto bello orientis.

Vblius uero Seruilius ex consule Ciliciam & Pamphiliaz crudelissime adortus: dum subdere studet: pene deleuit. Lyciaz & urbes ei^{us} obsessas: oppressasque cepit. præterea Olympū mōtē puagatus Phasidem euertit. Corycu^{um} diruit. Tauri quoq̄ mōtis latera

in Ciliciam uergentia persecutatos Isauros bello contractos in deditio-
nem redegit. primusque romanorum per Tauum duxit exercitum. ac limitē
itineris fecit. Triennio emenso: quo bellum gestum est: Isaurici nomen
assumpsit. Cosconius proconsul sortitus Illyricū: pertrita subactaque Dal-
matia: Salonas urbē florentissimā post bienniū tandē expugnauit. & ce-
pit.

Gladiatores Capuæ a Iudo Gnei Lentuli diffugisse.

Nno ab urbe condita. dc. lxxviii: Lucullo & Cassio cōsulibus
gladiatores. lxxiii. Capuæ a Iudo Gnei Lentuli diffugerūt: quō con-
tinuo ducibus Crisso & Inomao Gallis & Sparthaco Thrace
Vesuuū montem occuparunt: unde etumpentes Clodii prætoris: qui
eos obsidione cinxerat: castra expugnarunt. Ipsoque in fugam acto cun-
ctā in prædā uerterunt. Inde per Consentia & Metapontū circūducti
ingentia breui agmina collegerunt: Nā Crisso. x. M. multitudo. Sparta-
co autē triplex tunc numerus fuisse fert. Inomaus enī iam superiore bel-
lo fuerat occisus. Itaque cū cadibus incendiis rapinis stuprisq; oīa mis-
cerent: in exequis matronæ captiuae: quæ se dolore uiolati pudoris necaue-
rat: munus gladiatorū ex. cccc. captiuis scilicet: qui spectandi fuerāt: spe-
ctaturi: utpote lanistæ gladiatorū potius quā militū principes edidit. De-
inde consules Gellius & Lentulus aduersus eos cū exercitu missi: quorū
Gellius Crissum acerrime pugnantē prælio oppressit. Lentulus a Spar-
thaco superatus aufugit: Post etiam collatis frustra ambo consules copi-
is accepta graui clade fugerūt. Dehinc Gaiū Cassiū proconsulē idē Spar-
thacus oppressum bello interfecit: Itaque exterrita ciuitate nō minorē p-
pmodū metu: quā sub Hannibale circa portas fremente trepidauerat: se-
natus Crassum cū legionibus consulū: nouoque supplemento militū
misit. Is mox: ut fugitiuorū pugnam iniit: sex. M. eorū interfecit. dcccc. uero
cepit. Inde prius quā ipsum Sparthacum ad caput Silari fluminis castra me-
tantem bello aggrediretur: Gallos auxiliores eius: Germanosq; super-
uit: e quibus. xxx. milia hoīum cum ipsis ducibus occidit. Nouissime ue-
ro ipsum Sparthacū disposita acie congressū: & maximas eorum fugiti-
uorū copias percussit. Nam. lx. M. eorū cæsa. sex milia capta referuntur. iii. M.
ciuiū Romanorū recepta sunt. Cæteri qui ex hoc bello lapsi oberrabant
per cōplures duces frequenti indagine attriti sunt. At ego iterum ac sæpius
repeto. Nunquid nam & hic comparatiōe aliqua egent tpa? Quis rogo
audire non horreat. non dicam bella talia. sed uel nomina tāta bello ex-
terna: ciuilia: socialia: ciuilia: fugitiuorū: quæ nec sic ualēt sese ut cōmoti

maris fluctus. quibus molibus magnis sequuntur: sed undique diuersis cau-
sis: uocabulis: formis: malisque excitata: coaceruataque concurrunt: ut e-
proximo repetam: & infame illud seruire præteteam: Iugurthinum bellum
nondum adhuc ab Africo detonuerat: & iam Cimbricum a Circio ful-
minabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc foedi uastique torretes effu-
si sanguinis agebant. & iam socialis belli nebulas in magna continuo ma-
lorum nubila coituras misera exhalabat Italia. Adhuc uero post infinitas
crebraeque Italici belli tempestatem discurre tuto per Italiam mime pote-
rat. Ita omnes absque illis periculosissimis inimicarum urbium uoraginibus dis-
soluta ac lubrica pace titubabant. Iam sibi Marianum atque Syllanum Ro-
ma parturiebat excidium. & aliud e diuerso oriens atque aquilo hoc est Mi-
thridaticum minabatur: quod quidem Mithridaticum minabatur a superioribus
coeptum: porro in ulteriora porrigitur. De Mariana face rogo Syllanae cla-
dis accensus est. de isto rogo funestissimo Syllani & ciuilibus belli per pluri-
mas terrarum partes ardentis sudis sparsi sunt. multaque incendia ex uno
fomite diffuderunt. Nam Lepidus & Scipio in Italia. Brutus in Gallia
Domitius Cinnae gener in Africa. Carbo in Cossuta & Sicilia. Perpenna
in Liguria. & post cum Sertorio in Hispania: omniumque atrocissimum
Sertorius in eadem Hispania. Haec tunc ciuilia: uel quo alio dicenda sunt
nomine bella excitantes: de uno multa: de minimo magna fecerunt absque
illis tribus uastissimis bellis: quae tunc externa uocabantur: hoc est Pamphi-
lico: Macedonico atque Dalmatico: dissimulato etiam magno illo Mithri-
datico longe omnium diuturnissimo: infestissimo: ac formidolosissimo: de
inde adhuc Hispaniensi sertoriano non dum finito: imo adhuc ipso uiuente
sertorio hoc fugitiuorum: & ut uerius dicam gladiatorum bellum inhorruit
iam non spectandum paucis. sed ubique metuendum. Quod quia fugitiuorum
bellum dicitur: nemini uile habeatur ex nomine. Saepe in eo singuli & ali-
quando simul cum agminibus frustra iunctis ambo consules uicti sunt
plurimumque nobiles trucidati: ipsi autem fugitiui plures quam centum. fuere: quae caesi
sunt. Ex quo admonemus: ut ipsa consoletur se Italia de uexatione ex-
ternorum praesentium per recordationem praeteritorum. exeatque in se ipsam.
nec putet se incomparabiliter crudelius dilacerari. Quae ob rem huic quon-
to uolumini iam finem fecerim: ut bella ciuilia externis ubique permista
uel quae dicta sunt: uel etiam quae sequuntur: quae sic sibi serie temporum &
malis sequacibus cohaerent: libri saltem termino separentur.

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEXTVM
HISTORiarVM LIBRVM PROLOGVS.

Mnes homines cuiuslibet uel sectæ uel patriæ: uel uitæ ita
semper ad p̄spectum prudentiæ naturali bono eriguntur: ut
oblectamento corporis rationale mētis & si non actu p̄fe-
rant: iudicio tamen p̄ferendū sciant: Quæ mens rōne duce
illustrata in medio uirtutū: q̄bus genuino fauore q̄uis uitiis inclinatur
affurgit: sciam dei quasi arcē p̄spicit. Deū enī quilibet hominū ad tēp̄
contēnere potest: nescire in totū non p̄t. Vnde quidam dum in multis
diis credunt: multos indiscreto timore finxerunt. Sed hinc iam uel ma-
xime cū auctoritate ueritatis operante: tunc etiam ipsa ratione discutiē-
te discessum est. Quippe & philosophi eorū: ut de n̄ris sanctis sileam: dū
intento mentis studio quæunt: scrutanturq; oīa: unū deū auctore oīū
reppererunt: ad quē unum oīa referuntur: Vnde etiā nūc pagani quos
iam declarata ueritas de contumacia magis q̄ de ignorantia conuicit: cū
a nobis discutiuntur. non se plures deos sequi: sed sub uno deo magno
plures ministros uenerari fatent. Restat igitur de intelligētia ueri dei p̄
multas intelligendi suspensiones confusa dissensio: quia de uno deo oīū
pene una opinio ē. Hucusq; humana scrutatio: tā& si cū labore: patuit.
at ubi ratiocinatio deficit: fides subuenit. Nisi enī crediderim⁹: nō itelli-
gemus. Ab ipso audias: ipsiq; deo credas: quod uerū uelis scire de deo.

Hic dicis: quō deus ex nihilo fecit imperiū Romanū id est ex pastoribus.

Taque idē unus & uerus deus. in quem oīs: ut dixim⁹: & si ex
diuersis op̄ionibus secta concutrit: mutans regna & disponēs
tempora: peccata quoque puniens: quæ infirma sunt mūdi ele-
git: ut confūdat fortia. romanūque imperiū assumpto pastore pauper
rimi status fundauit. Hoc per reges & consules diu p̄fectum postquā
Asiæ Aphricæ atque Europæ potitum est: ad unū imperatore; cū dēq;
fortissimū cuncta sui ordinatione congeffit. Sub hoc imperatore. quē oēs
fere gentes amore & timore permisso iuste honorarent: deus uerus: qui
sup̄stitione sollicita ab ignorantibus colebatur: magnū illū intelligētia
suæ fontem aperuit. p̄mptiusque per hominem doctur⁹ homines. filiū
suū misit: operantē uirtutes: quæ p̄cellerent hoīem: coaguent: mq;
dæmonas. quos aliqui deos putauissent: ut quia ipsi tanq; hoī non credi-
dissent: operibus tanq; dei crederent. deinde ut in magno silentio ac pace

latissima inoffense & celeriter noui nominis gloria: & annūciatæ salutis
uelox fama percurreret: uel etiam: ut discipuli eius p̄ diuersas gētes eū-
tibus: ultroque per cūctos salutis dona offerentibus obeundi ac differē-
di quippe cum Romanis ciuibus: inter ciues romanos eēt tuta libertas:
Quod ideo cōmemorandū putauī: quia hic sextus libellus usq; ad Cæ-
sarem Augustum: de quo hæc dicuntur: extenditur. Quod si aliq; hanc
lucidissimam rationem irritam putant: suisque diis potius assignant:
quos primū prudentia elegerint. dein præcipuo cultu inuitarint ut si p̄
eos amplissimū hoc pulcherrimūque īperiū concederet: Sic. n. iactitāt:
quod ipsi optio genere sacrorū meruerint præcipuū deorū fauorē qbus
ademptis uel prætermisissis discesserint oēs adytis arisq; relictis dii: qbus
imperū hoc steterat. Vnde q̄uis reuerētia scītatis tuæ multa fortissime
uerissimeque differuerit: tamen & mihi locus exigit: ut pauca subiitiaz.
Si romani colēdo deos emeruerūt fauorē deorū: & non colendo amiserūt:
ut ipse Romulus parēs Romæ inter tot mala ab ipso ortu suo ingruen-
tia saluiseēt: colendo q̄s meruit? An Amulius auus qui eum exposuit
ad necē? An pater: q̄ incertus fuit? An Rhea mater stupri rea? An Albani
parentes: ipsa quoque ab initio romani noīs germina p̄sequentes? An to-
ta Italia: quæ p̄. cccc. annos dū audere potuit: excidio ei⁹ inhiavit? Non
inquunt. sed dii ipsi: q̄a se colendos sciebant: futuros custodiēre cultores
Ergo præscii sunt. Si ergo præscii sūt: cur hoc īperiū inter tot annorū se-
cula eo potissimū: tpe ad summā potentia arcē p̄duxerunt: quo ille na-
sci inter homines atque agnosci ut hō uoluit: post cui⁹ nomen & ipsi p̄
nihilō contēpti sunt: & cū uniuerso mūdo etiam illi quos ipsi p̄uexerāt
cucurrerūt? Sed humiliter obrep̄sit inquit & latenter intrauit. Latētis
& humilis unde tā celebris fama? tam indubitata fides: tā manifesta po-
tentia? signis qbusdam & uirtutibus mentes hoīum sup̄stitōe sollicitas
coepit & tenuit? Ad hæc si potuit hō: dii magis posse debuerunt. An q̄a
ille hanc potentiam a p̄re sibi traditam prædicabat: p̄uentus est aliquan-
do ad intelligentiam illius noti & ignoti dei: quam apprehendere: ut di-
xi: nemo nisi p̄ ipsū p̄t. Nec quisq; p̄t: nisi qui toto se despecto: ac p̄spe-
cto conuersus ad sapiam dei oēm quærendi ratiocinationē transtulerit
ad credendi fidē. Vex̄tamen breuiter discutio. Dii isti: quos tantos ferūt
ut romanam rē publicam & pp̄icii p̄uexisse: & aduersi afflixisse uideāt
eo certo tēpore: quod palam cōstat: quo nasci xp̄s uoluit: & annūciari
gentibus coepit: deuotissime atq; intentissime colebantur? Ita illi consu-
lentes & sibi & cultorib⁹ suis: nō potuerūt repellere. uel reprimere sup-
stitutionē eius p̄pter quam spernendos se cultoresque suos destituēdos

uiderent: quod si ab iniuritis danda uenia: nec desperandi fuerunt. si a uoluntariis seruanda praescia. nec prius fuerant adiuuandi. Hoc factum est inquit. Nam excitauimus gentes: accendimus reges. instituimus leges. disposuimus iudices. praeparauimus poenas suppliciiis & crucibus: orbem totum scrutati sumus si quo modo tandem christianum nomen & cultus de uniuerso mundo posset abradi. Hoc eatenus est factum: donec foecunda credulitas eorumque inter tormenta ac pro tormenta proficeret: quod diu ipsum regium culmen pro quod solum prohiberi potuerat: occuparet. Et quod postea consecutum est? Imperatores inquit christiani cessare sacra: & claudi templa iusserunt: atque ideo excessere omnes adytis arisque relictis diis: quibus imperium hoc steterat. O quanta & quam inoffensa lux ueritatis est: si non aduersus eum ultro sese offerentem imbecilli infeliciter oculi clauderent. Si christiana fides per multa retro tempora saeuientibus undique aduersum se gentibus. regibus. legibus. caedibus. cruciatibus. ac mortibus reprimi nullo modo potuit. imo ut dixi inter haec & pro haec creuit. cultus autem idolorum iam quodammodo ex se deficiens ac sibi erubescens ad unam clementissimam iussionem sine ullo poenali terrore cessauit: cui dubium est hoc per istius intelligentiae demonstrationem de creatore suo tandem innotuisse creaturae quae illa eatenus per varias rocinationes mentis intertecta quae libet aliis offuscata quae fuerit: ac per hoc statim amoris ei quae etiam ignorans dilexerat: inhaesisse. Nec igitur mirum est: si in magna familia inueniuntur aliqui serui: qui consuetudine: lasciuiaque seductorum assuefacti patientia domini sui ad contemptum ipsius abutantur: unde & merito deus uel ingratos: uel incredulos: uel etiam contumaces uariis correptionibus arguit. Quod spiritus utique fatendum est: tunc tamen praecipue quando adhuc per uniuersum mundum nulla erat ecclesia: quae interuentu fidelium precum meritas mundi poenas: iustumque iudicium dei exorata ipsius clementia temperaret. unde etiam haec: quae mala hominibus uidentur qualiacumque sint grauiora sine dubio omnia fuerunt: sicut ipso ordine: quo coepta sunt probabuntur. Bellum Mithridaticum: uel ut uerius dicatur: belli mithridatici clades multas secum inuoluens praecipue tractata & protenta per .xl. annos fuit. Nam. dc. lxi. ut dixi anno ab urbe condita: quo etiam primum ciuile bellum coeperat inardescere: consulatu uero Ciceronis & Antonii: ut uerbis poetae optimi loquar: barbarico uix consummata ueneno est. Sed in his temporibus. xxx. gerendi belli inueniuntur anni. qualiter autem. xl. a plerisque dicti sint: non facile discernitur.

Hic dicit de Mithridate rege Ponti atque Armeniae.

Gitur Mithridates rex Ponti atq; Armeniæ postq; Nicomedē
Bithyniæ regem: amicū populi romani regno priuare molit' ē
atque a senatu monitus. si facere tētaret bellū sibi a populo ro-
mano inferendum fore: iratus Cappadociam continuo peruasit atq; ex
pulso ab ea Ariobarzane rege cunctā puinciam igni ferroque uastauit
Bithyniam deinde pari clade corripuit Paphlagoniam simili exitu affi-
xit: pulsus ex ea Philomene & Nicomede regib'. Post cū uenisset Ephe-
sum: crudeli præcepit edicto ut per totam Asiam quicūq; inuēti essent
ciues romani sub una die oēs necarent. & factū est. Nec explicari aut cō-
prehendi ullo mō uerbis pōt: quæ tunc multitudo romanorū ciuiū cæ-
sa sit: quis mœror plurimarū puinciarū: quis gemitus occidendorū pari-
ter at que occidentiū fuerit: cū singuli quique aut pdere innocētes hos-
pites & amicos: aut ipsi periclitari pena hospitū cogerēt. Archela' quo-
que dux Mithridatis cum. cxx. milia peditū atque equitum in Achaiā
præmissus: Athenas cunctamq; græciā partī ui: partī deditiōe obtinuit
Sylla cui post consulatū mithridaticum bellum obuenerat: Archelaū
apud Pyræum Atheniensiu portum septēplici muro cōmunitū diu ob-
sedit. Ipsam Atheniensiu urbem ui cepit: ac postea iusto prælio cum Ar-
chelao conflixit. Centū & .x. de exercitu Archelai interfecta. uix. x. milia
supfuisse referūtur. Cōperta clade mithridatis lectissima. lxx. M. militū
Archelao in subsidiū misit ex Asia. Secūdo prælio ex his. l. M. interfecta
sunt. ibique Diogenes Archelai fili' trucidat' ē. Tertio bello oēs copiarū
quas Archelaus hēbat extinctæ sunt. Nā. xx. milia militū eius ī paludē
pulsā cū Syllæ fidē īplorarent: insatiabili uictoris ira interfecta sunt. to-
tidēque alia in flumē coacta ac necata. reliq; miserorū passim trucidati sūt
Porro aut Mithridates in Asia nobilissimarū urbiū principes occidere:
bonaque eorū publicare aīo intenderat. Cnnque iā. M. dc: ita iterfecisset
Ephesi exemplū uerētes excluso præsidio ei portas obiecerūt. Similiter
Smyrnæi. Sardi. Colophonii. Trallianiq; fecerūt. Perturbatus Mithrida-
tes p Archelaū duceꝝ suū cū Sylla de pace pepigit. Interea Fimbria ma-
rianorū scelex satelles hō oīum audacissim' Flaccū consulē: cui legatus
ierat apud nicomediā occidit: ac mox arrepto exercitu mithridatis filiū
ex Asia ad Miletopolim fugās stationē regis iuadit. ipsumq; Pergamo
pellit. fugientēque insecut' apud Pitanam obsedit: & pfecto cepisset: si
Lucius Lucullus ciuilib' discordiis curā rei publicæ prætulisset: Cūq;
cū mari coartare obiecta classe uoluisset: ab Iliensib' repulsus est. Inde
Fimbria Iliensib' irat' a qbus p Syllanæ ptis studio obiectu portarū re-
pulsus uidebat: ipsam urbē Ilium antiquā illā Romæ parentē fūdītus

cæde incendioq; deleuit. sed eâ Sylla cōtinuo reformauit. Idē Fimbria apud Thiatyrā cum exercitu Syllæ obsideret: desperatione adactus: in tēplo Aesculapii manu sua interfectus est: Fanni⁹ & Magnus de exercitu Fimbriæ pfugi Mithridati sese adiūxerūt: quorū hortatu Mithridates cū Sertorio p legatos in Hispaniam missos: fœdus pepigit. Sertorius uero ad cū marcum mariū firmandi fœderis cā misit: Quē rex apud se retentū breui ducem fecit in locū Archelai: q se ad Syllam cum uxore liberisque contulerat. marius & Eumach⁹ duces a mithridate aduersus Lucillum missi: magno exercitu breui cōgregato cum Publio Rutilio apud Chalcedoniam cōgressi sunt. eūque cum plurima exercitus ipsi⁹ pte cæciderunt. Lucullus mithridatē Cyzicenos obsidentem fossa cinxit: eūque quod faciebat: pati cōpulit: atq; ad ipsos Cyzicenos: ut bono aīo essent nuntium misit unū ex militibus Nandi pitū: q duobus utribus suspensus medi⁹ ipse regulā tenens plantisq; subremigans septē milia passuū transmeauit. Mithridates inopia laborans partē copiarū instructarū armis domū abire præcepit: quam Lucullus excipiens uniuersas disperdit. Nam amplius: xv. milia hoīum tunc interfecisse narrat: Tūc & Fannius qui se mithridati iunxerat & metophanes regius prætor a mamerco uicti cū duobus. M. eq̄tum in mœsiam pfugerunt. Atque idē in Niconiam digressi in colles cāposque & in heremos inciderūt: ubi nō soluz montes uisti: uel saxa quasi quadam fuligine offuscata cernunt. uerum etiam campi ambusto solo squalidi per. l. passuū sine ullo ignis uel fornacis indicio & pendulo in pfundū cinere putres iacēt. Tribus etiā locis torridæ uoragines ostendūtur: quas græci phylas uocant: In qbus dum oberrantes inopinatis tandē piculis empti sunt: & clam ī regis castra uenerunt. Deiotarus rex Gallogræciæ præfectos regis bello trucidauit. Interea mithridates apud Cyzicū eadem mora: qua obsidebat: obsessus ī magnam penuriam pestilentiamque exercitū suū coartauit. Nam plus q̄. ccc. milia hoīum fame & morbo in eadem obsidione amisisse fert: ipse cum paucis arrepta nauī clam fugit e castris: Lucullus in cruēto milite spectator cladis alienæ nouū genus uictoriæ adeptus ē. moxq; mariū adort⁹ uicit: atq; fugauit. In quo prælio plus q̄. xi. milia marianorū militū interfecta referūtur. Lucullus postea cū eodē mariō nauali prælio cōgressus. xxx. & v. naues regias & cōplures onerarias aut demersit aut cepit. Multi ibi ex his quos Sylla pscripterat: interempti sunt. Marius postera die de spelūca ubi latebat extractus: imeritas hostilis animi pœnas luit. Eodē uero Lucullus ipetu Apameas uastauit. & sub mōte Olympo prius Athan munitissimam ciuitatē captam expugnatāq; diripuit.

Mithridates aduersus Byzantium instructa classe nauigans tempestate correptus. lxxx. rostratas naues pdidit. Ipsa cum quassata iam nauis met geres: in Myopatonē Seleuci piratæ: ipso pirata iuuante trāsiluit: Inde Sinopen: ac postea myson cum magna difficultate puenit.

Hic dicit de Catilina: ubi de incesto accusatus est.

Odem anno apud Romam Catilina incesti accusat⁹: quod cum Fabia uirgine uestali stupræ cōmisisse arguebat: Catuli gratia fultus euasit. Lucullus Sinopen expugnatur⁹ obsederat. Hæc seleucus archipirata & Leocares spado qui præsidii cā præerat: expoliam atque incensam reliquerūt. Lucullus miserorū hostiū intestina clade p̄motus celeri occursum imissum restrinxit incēdiū. Ita misera ciuitas uersa uice hostium sociorūque: unde defendenda: dissp̄dita. & unde dissp̄denda seruata ē. At uero Marcus Lucullus qui Curioni in macedonia successerat: totam Bessarū gentē bello appetitam in deditiōnem recepit. Eodē tpe metellus prætor siciliæ cū foedissima illa Gaii Verris prætura siciliam afflictā iuenisset: maxie Pergamenone archipirata nefariis prædis & cædib⁹ dilacerante: qui pulsa classe romana syracusanū portū obtinuerat: mox eū nauali terrestrique prælio cōminutū sicilia decedere cōpulis. Præterea Lucullus transgressus Euphratē & Tigri apud Tigrano certam urbē cū Mithridate & Tigrane cōgressus: paruissima suorum manu magnū hostiū numerū occidit. Nā. xxx. milia hoīū in eo bello cæsa referuntur. Tigranes uix. cl. eq̄tib⁹ comitatus aufugit: diademate & tiara ne agnosceret abiectis. Tunc ad Lucullū toti⁹ pene orientis supplices uenere legati. Imminente hyeme p̄ Armeniā in mesopotamiā regressus Nisibin urbē illis in locis tunc inclutam expugnauit & cepit.

Hic dicit: ubi p̄ oīa maria piratæ se diffuderūt.

Isdem diebus piratæ p̄ omnia sparsi maria etiam non tantū in tercipientes nauium cōmeatus: sed etiam insulas puinciasque uastantes impunitate sceleris. & auuiditate prædæ uulgo sese associantes in imensū augebant. Quos Gneius Pōpeius post multam quidē uastationem: quam terra marique diu egerant: mira tandē celeritate cōpressit. Eodem tempore Cretam insulam per biennium metellus euertit. diuturnoq; bello domitam in potestatē redegit: legesq; minois romāis legibus p̄mutauit: Pompei⁹ postea successor Luculli in miore Armenia

iuxta montē Dastrachū castra regis obsidione cōclusit. Rex cū omnib⁹
copiis eruptione per noctē facta insup etiā persequentes bello repellere
statuit. Pōpeius fugientes persequi intēdit. Itaque bellū nocte cōmissū
est. Luna tūc orta a tergo romanis erat. Regii longitudine umbray pxi
mitatē hostiū rati cuncta in irritū tela fuderūt. Romani ueluti in ciues
postea aggressi sine labore uicerūt. Nanq3 de exercitu regio. xl M. caesa
uel capta sunt: romani uulnerati. M. uix aut. xl. interfecti. Rex inter tu
multus belli fuga lapsus adiut⁹ etiā beneficio sub Iustris noctis euasit.
relictusque ab oībus amicis philosophis: scriptoribus reꝝ: uel carminū
ac medicis solus per deuia equū manu trahens. atque ad oēs nocturnos
strepitus trepidans in quoddā castellū diuertit: atq3 inde in Armeniam
perrexit. Pōpeius regem insecutus⁹ inter duo flumīa. quæ ab uno mon
te diuersis specubus exoriūtur: hoc ē Euphratem & Araxē urbē Nico
polim senibus lixis & ægris uolentib⁹ condidit. Oranti Tigrani ueniam
dedit. Exercitū Hærodis albanorū regis præfectosq3 eius ter prælio uicit
Postea epistolas Hærodis & munera cū Albanis instauranda libēter ac
cepit. Artacem regem Iberiæ bello fudit: totamq3 Iberiā in ditionē ac
cepit. Inde cū Armeniā. Colchos. Cappadociam. & Syriam ordinatis re
bus cōposuisset: pmouens de Ponto in Parthiā ad Heccatanā urbē ca
put Parthici regni. l. die uenit. In Bosporo Mithridate cerealia sacra ce
lebrante terræ motus adeo grauis repente exortus ē: ut magna clades ex
co urbiū atque agroꝝ secuta narret. Eodē tpe Castor Mithridatis præ
fectus: qui Panagorio præerat: interfectis amicis regis arcē occupauit &
iiii. Mithridatis filios ad præsidia romana transmisit. Mithridates accen
sus ira in scelera exarsit. Nā cōplures tūc amicos suos & Exipodꝝ filiū
suū interfecit: cū antea iam aliū3 Homocharem parricidio trucidasset.
Pharnaces alter filius eius exemplo fratꝝ territus exercitū ad persequē
dum se missum sibi conciliauit. & mox aduersus patrem duxit.

Hic dicit de fine uel exitu Mithridatis.

Mithridates diu ex altissimo muro filiū precatus: ubi inexorabi
lē uidit: moritur⁹ exclamasse fert. Quoniam Pharnaces inquit
me mori iubet: uos si estis dii patrii: precor ut quandoq3 & ipse
hanc uocem a liberis suis audiat. Statiq3 descendens ad uxores. pellices.
ac filias suas uenenū omnibus dedit: Quod cum ipse nouissim⁹ haussisset
nec tamē ppter remedia quib⁹ uitalia sua aduersus noxios succos sæpe
obstruxerat: ueneno cōfici posset: frustra q3 spatiares: si quo tādē modo

infusa pestis per uenas uegetatione corporis acti discurreret: gallū quen-
dam militē iam fracto muro discurrentē iuitauit eiq; iugulū præbuit.
Hūc exitū Mithridates habuit uitæ. nobisq; sententiæ suæ fortissimum
argumentū reliquit: hō oīum ut fert: superstiosissim⁹: annos nat⁹. lxxv.
habens secū sp̄ philosophos. oīumque artiū peritissimos. Si estis īquit
dii patrii. Ita ille diu colendo ac diu quærendo p̄senserat. hos non eē cer-
tos deos. qui esse putabant. Rex multæ exp̄ientiæ atque æuo grauis ueræ
deū: ad cuius noticiā non nisi auditu per fidē uenit: non itelligebat. hos
aūt falsos esse rationis ipsius luce præuiderat: aliud consuetudini: aliud
menti suæ tribuens. Si estis inquit dii. Hoc dicere est. ego sentiens super
hominem esse potentiorē ipso homine potestate precandi necessitate
motus cōmendo diligentiam. & excuso ignorantiam meam. Inuoco qui
est. dū conuenio: qui non est. Quapropter cū dolore & timore considerā-
dum: qua pœna. quoue iudicio digni erunt. qui contra interdictū iā pro-
palate & publicæ ueritatis eos sectant & colūt deos. de q̄bus etiā illi iam
tunc dubitare poterant: q̄ adhuc præter eosdē scire nihil poterant. Verū
tamen breuiter consulo: qualia tūc toto orienti t̄pa uidebant: cū per. xl.
annos miseræ nationes alternis tantorū ducū uastationib⁹ terebant. Cuz
quæque ciuitas tantis concursibus media inuētabiliter periclitabat. idē
accensura alteræ: unde alteræ temperasset. hoc mox habitura supplicii qd̄
remedii ad tēpus habuisset: cū trepide diuersarū puinciarū legatōes iter
succeedentes romanorū duces & truculentiorē noticiam Mithridatem al-
ternis ad utrūque put queque sors belli attollebat. & incertis satisfacti-
onibus transferebant: augendo pericula quæ sanabant. Nūc qd̄ cōtinuo
Pōpeius hō romanorū moderatissim⁹ per plurimas p̄tes orientis finito
Mithridatico bello egerit: paucis p̄feram.

De Pompeio dicit: qui cum audisset mortuum Mithridatē
multa fecit bella in oriente.

Nno ab urbe condita. dcc. lxxxix. Marco Tullio Cicerone &
Gaio Antonio consulibus: Pōpeius occisi Mithridatis nuncio
accepto Syriā & Phœnicē bello aggressus Ithyreos primū Ara-
basque p̄domuit. urbēque eorū quā Petrā nomināt: cepit. Hinc ad Iudæ-
os quibus Aristobolus expulso fratre Hyrcano prim⁹ ex sacerdote rex
præerat: atque ad Hierosolymā urbē eorū Gabinū cum exercitu mittit.
Ipse cōtinuo subsequit⁹ & a patrib⁹ urbe suscept⁹: sed a plebe muro tēpli
repulsus expugnationē eius intendit. Id non solū natura loci: uerū etiā
ingēti muro fossaq; maxima munitū: cū alias aliis legiōes dies noctesq;

succedere sine requie cogeret: uix tertio mēse expugnauit. xiiii. M. ibi iudæorum caesa narrant. cætera multitudo in fidē uenit. Pōpeius muros ciuitatis euertere æquarique solo ipeperauit. & cū aliquantos Iudæorum securi percussisset: Hyrcanū sacerdotio restituit. Aristobolū captiuū romam duxit. Hoc bellū orientis cū. xx. & duobus regibus sese gessisse ipse Pōpeius per contione narrauit. Interea coniuratio Catilinæ aduersus patriam per eodem dies in urbe habita ac perditā. in Hetruria uero ciuili bello extincta est. Romæ uero conscii cōiurationis occisi sunt. sed hanc historiā agēte Cicerone & describente salustio satis oībus notam: nūc a nobis breuiter fuisse perstrictā sat est. motus etiam a Pelignis ortus a Marcellis patre & filio per Luciū Vectiū perditus patefacta Catilinæ cōiuratione quasi succisa radice cōpressus est: & de utroque per Bibulū in Pelignis per Cicero- nem in Brutiis uindicatū est.

Hic dicit de Helueticorum gente fortissima & gentibus Gallorum: cū quibus pugnauit Cæsar & uicit.

Nno ab urbe condita. dc. lxxxiiii. Gaius Cæsar & Lucius Bibulo consulibus lege uatinia Cæsari tres prouinciae cū legionibus septē in quinquenniū datae: Gallia Transalpina & Illyricū. Galliam Comatam postea senatus adiecit. Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit: cuius nos competes portitunculas decerpimus. Helueticorum animos fortissimæ Gallorum omnium gentis ea uel maxima causa. quod perpetuo pene cum germanis bello altercabatur: a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur: Orgetorix quidam princeps gentis spe totas inuadendi gallias in arma accenderat: Quo ceteri optimates correpto: & ad mortem coacto cohibere tamen semel aīatas in prædam plebes nequiuerunt: Qui coniuratione facta ac die dicta exuistis uicis ac domibus suis: ne quod desiderium ex spe reuertendi foret: profecti sunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obuios Cæsar habuisset: magno difficilique bello bis uicit. uictosque ad deditiōem coegit. Horum fuit: cū primū pergressa est oīs multitudo: Helueticorum. Turingorum. & Baiorum utriusque sexus ad. clvii. M. hominū. Ex his. xlvii. M. in bello ceciderunt. cætera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar contra Ariouistum regem excitantem inuehentemque secū incredibiles germanorum copias: quibus nuper uniuersos Galliarum populos subegisse iactabat: apud sequanos uicit. Cuius autem diu exercitus Cæsaris Germanorum multitudine & uirtute perterritus pugnam detrectasset: Ariouistus in Germania arrepta nauicula Rhenū transuectus effugit. uxores uero ei duæ totidemque

filiae captæ sunt. Fuerunt autem in exercitu Ariouisti Arudes Marcomanes Triboci. Vangiones. Nemetes. Edures. & Sueui. Pugna maxime grauis ex phalange Germanorum fuit: quæ coacta in unum agmine: scutisque supra capita contextis ad irruendam romanorum aciem tuti undique præstruxerunt. Sed postquam aliqui romanorum militum agilitate audaciaque insignes supra obductam saliere testudinem. scutisque sigillatim uelut squamis reuulsis desuper nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt. territi hostes nouo mortis periculo terribilem dissoluere copagem. Exinde in fugam uersi per. l. M. passuum insatiabiliter cæsi sunt: neque conici numerus potuit Germanorum: uel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarum gens quæ tertia pars Galliarum est: aduersus Cæsarem exarsit: Quorum distributis copia hæc fuit. Bellouagi: qui cæteris numero & uirtute præstare uidentur habuerunt lectissima. lx. M. armatorum. Sueffones ex. xii. oppidis. l. M. Nerui quorum adeo indomita feritas prædicabatur: ut nunquam in id tempus mercatores ad se admiserint: uina cæteraque uenalia deferre: quibus inducta iocunditas torporem uirtutis afferret: habuerunt. similit. l. milia. Atrabites etiam & Ambiani. x. milia. Morini. xxv. M. Menapi. ix. milia. Caleti. x. milia. Velocasses & Veromandui æque. x. milia: Atuatici. x. & ix. milia. Cœdru si Eburones. Cercesi. Cenomani: qui uno nomine Germani uocantur xl milia. & ita fuisse referuntur. cc. lxxxv. milia armatorum lectissima. His repente silua erumpentibus exercitus Cæsaris perturbatus atque in fugam actus plurimis suorum amissis tandem hortatu ducis restitit. uictoresque aggressus usque ad internitionem pene deleuit. Igitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis: cum in Italiam proficisci decreuisset: Galliam cum legione. xii. ad Veragradum Edunosque misit. Qui cum hyemandi causa in uico Veragradorum: cui nomen erat Octodorus consedisset: mediaque oppidi parte: quæ torrente diuidebatur accolis concessisset: quadam die eosdem discessisse per noctem ac proximo insedisset colli uidet. Quippe illi paucitatem uix mediæ legionis despectui habentes: ultroneam sibi prædam nullo cessuro negotio arbitrabantur: finitimosque suos in hanc caedis ac prædæ societatem uocauerunt. Igitur Galba tamen presentibus periculis circumseptus ac trepidus iter uarias consultaciones certi consilii incerto repente Galli descensu motis effusi ea castra inspecta circumdant: rarosque per uallum propugnatores saxis telisque onerant. Cumque iam castra irruerent: Pacuuii primipilaris & Volufeni tribuni consilio cuncti Romani portas eruperunt. incautosque subito aggressi hostes primum perturbauerunt. deinde in fugam uersos miserabili strage fuderunt. nam amplius quam. xxx. milia barbarorum tunc cæsa referunt. Igitur Cæsar cum iam pacatas uniuersas Gallorum gentes putaret: ad nouum & maximum bellum retractus

est. Nāque dū Publius Crassus adolescens cū legiōe septima oceano te-
nus apud Andegauos hyemat: Venetii cæteriꝫ confines repēte ī arma
coniurant. legatos Romanorꝫ uincūt. eosque ita demū se reddituros: si
obsides suos recipiant: Romanis indicant: socios sibi ad id belluz Osissi-
mos. Lexouios. Namnetes. Ambibaritos. Morinos. Diablites. & Mena-
pios affcisūt. auxilia quoꝫ a Britania accersunt. Cæsar p Crassuz de re-
bellione deditarꝫ gentiū certior factus q̄uis intelligeret: quanta ineundi
belli difficultas eēt: tamen rē tanti negocii non negligendā ē ratus: ne cæ-
teris exēplo eiusmodi audendi licentia laxaret. Itaque terrestri p̄alio p̄-
sequi hostes frustra aggressus: quippe cū hostes p̄ interfusa ex oceano
æstuaria: atꝫ inaccessos recessus tutis terrarꝫ sinibus munit: naues lō-
gas ædificari in Lygere fluuio iubet: p̄ quē in oceanū deductæ constite-
rūt. Moxque ut ab hostibus uisæ sunt: cōtinuo. ccxx. naues eorꝫ paratæ
atque oī genere armorꝫ istructissimæ p̄gressæ portu ex aduerso steterūt.
Bruto circūspiciente imparē longē nauīū esse conflictū: q̄a barbarorꝫ
naues solido robore intextæ: saxorꝫ modo adactos rostratarꝫ ictus retū-
debant. Hoc primū auxilio fuit: quod falces acutissimas non p̄tinaciter
contis præfixas: sinibꝫ aut subnexas pauerat: q̄bus cum opus eēt: appre-
hensos eminus rudentes: subductis hastilibus p̄ funem falcē retrahen-
do succiderent. His celeriter expeditis dirumpi hostiliū antemnaruz ar-
mamenta præcepit. Ita antemnis ruentibus complures ilico naues uelut
captas immobiles reddidit. Alii hoc piculo territi: suspensis uelis qua uē-
tus intenderet fugere conati. cessante mox uento destituti ludibrio fuerūt.
Romanis: Itaque incensis omnibus nauibus: īterfectisqꝫ his qui pugna-
uerant Galli reliqꝫ sese oēs dediderunt: Sed Cæsar maxime ob iniuriā le-
gatorꝫ: & ut genti ad oīa consilia mobili terribilis exempli notā inureret
cunctis principibus p̄ tormenta interfectis reliquos sub cotona uēdidit
Iisdem diebus Titurius Sabinus Aulercos. Eburones. Luxouiosque q̄
primates suos: quod auctores belli resuscitandi eē nollent: interfecerant
eruptione facta incredibili cæde deleuit. Publius uero Crassus cū in Aq-
taniā puenisset: bello exceptus est. Nāque sociato magno eq̄tatu pede-
stribusque copiis p̄ualidis Romanos adorti diu grauius turbauerūt.
Post uicti: atꝫ in oppidū sociatī coacti: obsessisque cū se expugnari ui-
derēt: armis traditis in deditōꝫ recepti sūt. Aqtani clade p̄moti undique
exercitū contrahūt. de citeriore quoꝫ Hispania auxilia accersunt. duces
bello maxie eos præficiūt: q̄ cū Sertorio militauerant. Hi omnes dū ob-
sidionē Crasso parant ī castris suis Crasso obruente deleti sūt. Nam ex
Aqtanis & Cantabris: quorꝫ. l. M. tunc in auxilium uenerūt. xxxviii. M

cæsa referunt. Cæsar Germanos:q̄ Rhenū cū imēsis copiis trāsmiserāt:
simul & totas Gallias subiicere sibi parabant: bello adortus usq; ad iter
nitionē cecidit. Quorū fuisse numeꝝ ad. cccc. l. milia ferūt. Tunc Cæsar ī
Germaniā facto ponto transgrediens Sycambros! & Vbios obsidiōe libe
rat.

Hic dicit: qualiter Cæsar Gallias subiecit. & transtulit in Britanniā.

Veuos maximā & ferocissimā gentem: quorū esse. c. pagos & po
pulos multi pdidēre: totamque Germaniā aduentu suo terret
moxque in Galliam rescisso ponte concedit. Inde ad Morinos
uenit: unde in Britanniā pximus & breuissimus transitus ē. Nauibꝝ cir
citer onerariis atque actuariis. lxxx. præparatis in Britanniā transfuchit
Vbi acerba primū pugna fatigatus: deinde aduersa tēpestate correptus
plurimam classis ptem & non paruam militū: eq̄tum uero pene oēm di
spdit. Regressus in Galliam legiōes ī Hyberna dimisit. ac. dc. naues utri
usque cōmodi fieri imperauit. Quibus iteꝝ in Britanniam primo uere
transuectus: dū ipse in hostē cum exercitu p̄git: naues in ancoris stantes
tēpestate correptæ uel collisæ inter se: uel harenis illisæ ac dissolutæ sūt
Ex q̄bus. xl. pierunt. cæteræ cū magna difficultate repatæ sunt. Cæsar
equitatus primo cōgressu a Britannis uictus: ibique Labienus tribunꝝ
occisus est. Secundo prælio cū magno suorū discrimīe uictos Britānos
in fugam uertit. Inde ad flumen Tamesim p̄fectus est quem uno tantū
loco uadis transmeabilē ferunt. In huius ulteriore ripa Cassouellauno
duce imensa hostiū multitudo confederat: ripamque flumīs ac pene to
tum sub aqua uadū acutissimis sudibus p̄struxerat. Quod ubi a roma
nis deprehensū ac uitatū est: barbaræ legiones nō ferētes siluis sese abdi
dere: unde crebris eruptionibꝝ Romanos grauiiter ac sæpe lacerabant. In
terea Trinobantū firmissima ciuitas cū Androgorio duce datis. xl. obsi
dibus Cæsari sese dedit: Quod exemplū secutæ urbes aliæ cōplures ī fœ
dus Romanorū uenerūt. iisdēque demonstrantibus Cæsar oppidū Cal
souellaunū inter duas paludes situm obtentu insuper siluarū munitū
oibusque rebus confertissimū tandē graui pugna cepit.

Capitulū reuerso uidelicet Cæsare a Britannia iteꝝ Galli rebella
uerūt: & uicti sunt.

Xin Cæsar a Britannis reuersus in Galliam postquam legiōes
in hyberna misit. repētinis bellorū tumultibꝝ ūdiq; circūuentꝝ

& conflictatus est. Namque Ambiorix cum Eburonibus & Atuaticis conspirans a iatus Treuironum consilio Cottam & Sabinum legatos apud Eburonas cum tota funditus legione insidiis circumuentos interfecit: Ambiorix hac uictoria elatus Atuaticos & Neruios plurimosque alios raptim in arma contrahit: atque ad Ciceronem legatum qui similiter tunc legioni in hibernis praerat: contendit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit: quod cum in obsidione castrorum uallum circumdandum esse a captiuis romanis docerentur: & infra ruralia non haberent: gladiis concidendo terram & sagulis exportando uix tribus horis uallum pedum .x. & fossam pedum .xv. per milia passuum .xv. in circuitu profecerunt. Praeterea .cxx. turres mirae altitudinis extruxerunt. & cum septem dies noctesque succidui hostium cunei pugnarent: ac uentus subito plurimus exortus esset: testas fundis feruentes intorfere: flammataque tela focus: ac mox concepto igne rutilantia intra astra iecerunt. Quo facto per cuncta culmina raptim uentus insistens sparsum aiauit incendium. sed nec sic quidem Romani cum undique obruerent uulneribus: laboribus. uigiliis. ieiuniis. incedii sue cesserunt. Tandem Caesari nunciatum est: unam deletam esse legionem: alteram iam pene confectam. Aduentante uero cum duabus legionibus Caesare deseruere hostes obsidionem: atque in eum cum ceteri raptis copiis ruunt. Caesar paruissimis castris consulto condidit. equitibusque praemissis: ut fugam fingerent: impetrauit: ut ad transitum uallis quae media erat: sibi quoque piculosa uidebat: hostes contemptu sui iuitaret. Quibus aduentantibus in uerper obsidionem portas praecipit. Quo uiso Galli: quasi iam uicissent: ad obducendum extrinsecus uallo conuersi sunt. Caesar totis repente portis paratum effudit exercitum. uersosque in fugam Gallos uastissima caede confecit. Nam .lx. M. fuisse tunc referunt: e quibus pauci per paludes iuias euaserunt. Induciomarus Treuironum princeps magnas armatorum copias habens: postquam de consensu Galliae totius certior redditus est: Labieni castra legionemque cui is praerat: quod facili fractu arbitrabatur: delere statuit. ac deinde Eburonibus Neruiisque coniunctus ad opprimendum Caesarem pergere. Labienus quibus potest artibus simulat timorem: atque ita Induciomarum negligentiorum cum insultantibus copiis per uallo oberrantem repentina eruptione prostrauit. Hac uictoria Labieni reliqui Gallorum conatus repressi sunt. & Caesar paulo quietior reliqua parte hyemis fuit. Sed intelligens sibi maiora belli superesse negocia maxime: quia plurima parte exercitus amissa: aliisque grauius sauciis: ne ad sustinendum quidem sibi idoneos: ne dicam ad comprimendum Gallorum impetum uideret: Gneio Pompeio consule conscribi legiones: sibi quoque in auxilium mitti petit. Itaque ante exactam hyemem tres ad eum legiones uenerunt. Igitur Caesar postquam in unum hostium copia coirent: ieiunte

uere aggredi trepidos & opprimere sparsos in finibus suis parat. Primū itaque Neruiorū fines diripit. prædam uero quæ copiosissima erat: exercitui permittit. Deinde Menappos: qui sibi ppter imensas paludes atq; ipeditissimas siluas munitissimi uidebant: tribus agminibus inuadit. nimiaque cæde uulgo agitato residuos supplices in ditionē recepit. Labienus sequenti prælio oēs Treuiorū copias interfecit: arte in bellū p uocatas: priusq; Germanis aduentantib' iungerent. & continuo ipsa; ciuitatē capit. Cæsar ulcisci morte; Sabini & Cottæ legatorū uolēs i Ambiorigem & Eburones deletæ legiones auctores: postq; in Arduennā siluam refugisse cōperit: quæ silua totius Galliæ maxima ē. atque a ripis Rheni finibusque Treuiorū ad Neruios usque ptingit. & in lōgitudie plus q; .l. M. passuū patet: permetiens rem sui maximi piculi fore: si per obstructas spatiosasque siluas ignoti diuiderent. hostēque locis notissimū quærent: oēm Galliā p nūcios inuitat: ut quique s'm placitū suuz reconditas in Arduenna silua prædas quærant. ditipiantq;. Quo facto Gallis utriusque morientibus maximas romanorū iniurias sine cuiusq; Romani discrimine uindicauit. Ita hoc tutissimo uincendi genere secur' in Italiam rediit. Igit' Cæsare in Italiam reuerso Gallia rursus in arma cōiurat: multique simul populi coeūt. Dux his Vergentorix fuit: cui' cōsilio statim oēs Galli ciuitates suas ultro incenderūt. prima a suis incensa Biturigo. Inde ad Cæsarem q magnis itineribus per Narbonensem p uinciam clam ad exercitū recurrerat: ipetū faciūt. Cæsar tūc oppidū nomine Cenapū obsidione concluderat. Quod diu oppugnatū tādē post multas romanorū clades pluuiodie cū hostilium machinarū augmēta: Neruiique elanguerent: applicitis turribus captū atque deletū ē. xl. ibi hoīum. M. fuisse referunt: e quibus uix. lxxx. per fugam lapsi ad pxima Galloꝝ castra uenerūt. Præterea Aruerni cæterique cōfines sollicitatis etiam ad se Heduis multis aduersus Cæsare præliis bellauerūt: Qui cū se pugnando fatigati in quoddā castellū recepissent: milites prædæ inhiantes ad expugnationem oppidi animū intendūt: frustra Cæsare de loci iniquitate causante. Itaque ibi Cæsar erūpentibus de sup hostibus pressus multa exercitus sui pte perdita uictus aufugit. Dum hæc ad Chaicstam geruntur. Vergentorix: quē omnes consensu pari regem præoptauerant suadet: uti ex tota Gallia oēs: qui arma ferre possent: huic bello præsto sint. Hoc enim esse unum bellum: quo aut perpetua libertas aut æterna seruitus: aut mors oīum consequatur. Itaque absq; eo numero quem infinitum ante contraxerat: equitum circiter octo. M. peditū. ccl. M. contracta sunt. De hinc duo colles sibi iuicē obuertos rōani galliq;

ceperūt. Vnde multis sæpe eruptionibus & uariis puentibus præliantes tandem romani præcipua Germanorū equitū: quos sibi iam dudū aicos nūc in auxiliū acciuerant uirtute uicerūt. Vergentorix alia die congregatis oībus qui fuga euaserant: dixit se auctore bona fide defendēdæ libertatis atque rūpendi fœderis fuisse: & nūc siue romanis sese ad mortē oēs offerant: siue solum p oībus dedant: paratū animo fore. Itaq; Galli uoluntatē: quam pudore aliq̄ diu texerant: quasi ex consilio regis assumerent: ilico sibi ueniam precantes: eū solū uelut auctorem magni sceleris dediderūt. Bellouagi oībus finibus Galloꝝ gentis ipsoꝝ opione fortiores habebant. Hi Chorreo duce bellū instaurāt. sibi que in hāc suscepti belli societatem Ambianos Aulercos Velocasses Athrabitesq; coniungūt. & locū quendā cinctū atque īpeditū undiq; paludibꝰ capiunt. cōmissoque prælio magnam remorū manū: quæ auxilio romanis erat trucidant. Deinde cuz opportunū sibi locū insidiis p̄uisū occupassent atque hoc cōperto romani ad insidiarū locū instructi ordinatique uenissent: cōmisso prælio Gallos fugientes eisdem locoꝝ munitioibꝰ quibꝰ clausi fuerant: incluserūt. cūctosque ad internitionē ceciderūt. Ibi Chorreus uel fugam uel deditioē detrectans romanos: ne uiuus caperet instanter occidendo: ut occideret: coegit. Igitur cū pacatā esse uniuersam Galliam Cæsar neque ausurā fore ad aliquos aspirare motus arbitraret legiones in hyberna dimisit. ipse tamen Ambiorigis fines q̄ tot bella excitauerant: horrenda hoīum strage uastauit. At uero Gaius Caniniꝰ legatus bellū apud Pictonas iuenit: ubi magna hostiū multitudo impeditam itinere legionē circūdedit. atq; ad extremū discrimē adduxit. Porro Fabius alter legatus acceptis Caninii litteris in Pictonas p̄fiscitur. Ibi que a captiuis de opportunitate locoꝝ certior factus inopinantes hostes opprimit. magnisq; stragibus factis plurimas prædas agit. Deinde cū Caninio signū aduentꝰ sui dedisset: Caninius totis castris subito exiliens sese iniecit hosti. Ita Fabio ex alia pte & Caninio ex altera insistēte maximo & diuturno bello innumeræ galloꝝ copię trucidatæ sunt. Inde Fabio in Carnutes p̄fectus ē. Sciebat. n. Dommacū ducē antiquissimū rebellionis totiꝰ incentore ab hoc bello elapsū: si Aremoricis gentibꝰ adiunctus esset: maximos iteꝝ tumultus in Gallia esse motū: sed adhuc eos ipsa nouitate trepidantes mira uirtute & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaque Literius cū adesse Caniniū & legiones esse in finibꝰ suis uiderent: undiq; collectis copiis oppidū intrant quod in editissima montis arce pendēs duabꝰ ptibus p̄ abrupta latera nō p̄ uo flumine cingebat. medio deinde descensu largissimo fonte secusq; plurimaq; introrsus

copia frumenti tutū irritos pcul discursus hostium despiciebat. Cani
nius quod solum romana p uisione potuit: ābos duces cū parte copiarū
plurima in campū euocatos maximo pælio supauit. Nā uno e ducibꝫ
interfecto alter cum paucissimis fugit. Nullus in oppidū rediit. sꝫ ad id
oppugnandū Cæsare opus fuit: Itaque certior p nuntios factus Cæsar
accurrit: circū spectis que oībus: uidet: si expugnā ui moliatur: ludo &
spectaculo hostiū delendū esse exercitum suū. hoc solum esse pæsiidiū
si quoquo modo hostes aqua arceāt. Sed & hoc quoque nisi Cæsar ne
mo potuisset. si qdem fons quo ad potū utebantur: medio deuexi mōtis
latere fundebatur. Cæsar ad pximum fontis admoueri uineas: turrēqꝫ
extrui iubet: sit magnꝫ ilico cōcursus ex oppido. Quibꝫ sine piculo pæ
liantibus Romani q̄uis p̄tinaciter obsisterent: crebriusqꝫ succederēt: cō
plures tamen trucidant. Igitur extruitur agger & turris peduꝫ. lx. cuiꝫ
uertex æquare ad fontis locum posset: ut uel ex æquo tela conici queāt
uel pæcipitata desup saxorū uolumina nō timeri. Oppidani autem ubi
examinari siti nō solū pecora sua: uerꝫ etiam infirmiores hoīum ætates
uident: cupas pice seuo & scindulis repletas: ac deinde imisso igne ī pna
pæcipitant. easque ipsi toto oppido effusi subsequūt. Ardentibꝫ machi
nis cū graue pæliū suis Cæsar ac piculosum uideret iminere: cohortes
in circuitu oppidi ire uelociter p occultū ipat atqꝫ undiqꝫ subito uastū
claworē attollere. Quo facto cōsternati oppidani: dū recurrere ad muni
endū oppidū uolunt: ab oppugnatōe turris uel demolitione aggeris re
cesserunt. Illi tamen q̄ ad incidendas fontis uenas sub obtētū aggeris tu
ti cuniculos pfodiebant: reptos in abstruso aquarū meatus p multa diui
dendo tenuari in semetipsis. cōsumique fecerūt. Oppidani fonte siccato
ultima despatione correpti deditiōē sui faciūt. Cæsar aut oībꝫ q̄ arma
tulerāt manus sustulit. & uitā reliqꝫ: quo testatior eēt & posteris pœna
improborū. Multum enī ad coercendam audaciam ualet pposituꝫ puni
tionis exemplū: cum ipsa miseri pæsens forma uiuentis & ad recordati
onem admonet couscios & ad sciscitationem cogit ignaros.

Hic dicit: quomodo Galli exhausti & domiti sunt.

Xhaustis atque edomitis Gallis Cæsar securus cū legionibꝫ in
Italiam rediit: nullos post se Gallogꝫ motus p̄timefcēs: certo se
sciens minime aliquos: qui uel moueri audeant: uel si moueāt:
timendi sunt reliquisse. constitui nunc ante oculos uelim exanguem de
foetamque Galliam post illas ardētissimas febres internosqꝫ æstꝫ uitaliū

molliora torrentes: ut sese habeat: quanta macie: quantoque pallore sit: quae demissa ac resoluta iaceat: quae ipsos quoque necessarii officii motus ne eundem incursum malorum reuocent: pertimescat. Irruit enim in eam repente no impetu Romanus exercitus: ueluti fortissimo corpori fortior lues: quae tanto grauius accenditur: quanto impatientius toleratur. Sitebat misera: cum instante gladio proferri sponsonem seruitutis aeternae auulsis insuper obsidibus cogere tur. Sitebat: ut dixi: notam illam omnibusque suauissimam uelut aquae gelidae dulcedinem libertatis. quantoque eam magis subtrahi intelligebat: tanto auidius desiderabat. Hinc illam tam frequens contra uetita praesumptio iuadebat. & pro defendenda libertate importuna libertas: praereptaque insatiabiliter potiundi licentia: quod male conceptam praenociem restringere uidebas: augebat. Hinc romanus exercitus ante pugnam insidiator argutior. hic in pugna hostis infestior. hic post pugnam uictor imitior. hinc omnia ad demandam impatientiam crudescunt. hinc iam nec remediis credebas. Itaque si interrogare possem hanc: de qua loquimur nationem: quid tunc: cum haec ipsa sustinebat: de illis temporibus iudicaret: responderet: ut arbitror: dicens. Sic me illa tunc febris exanguem reddidit ac frigidam fecit: ut etiam haec: quae omnes pene perstrinxit: seruefacere uel commouere nequiuerit. atque ita me Romani inclinauerunt. ut nec ad Gotos surgam. Sed ne ipsa quidem Roma clades quas intulit: euitauit. Exercitus namque diu actusque sunt per totos mundi cardines potentiae ducum: uiresque legionum: quae in sese concurrentes eius damno uincerent: cuius piculo uincerentur.

**Victorem scilicet a Gallia Caesarem reuersum ciuilia bella sequuntur:
& Crassus consul pro uentiam sortitus est in Parthos**

Am uictorem Caesarem de Gallia reuersum ciuilia bella comitata sunt. aliaque grauissima mala. interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus precesserunt. Anno ab urbe condita. dc. lxxxvii. Crassus in consulatu collega Pompeii pro uentiam sortitus in Parthos: homo inexplibilis cupiditatis: audita in Hierosolymis templi opulentia: quam Pompeius intactam reliquerat: in Palestinam diuertit. Hierosolymam adit. templum iruadit. opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam quacunque iter habuit sociis ciuitatibus auxilia indixit. precia exegit. moxque ut Euphratem transiit: ilico Abegesen legatum ab Herode rege Parthorum ad se missum obuium habuit: a quo uehementer inceptus est: quod contra foedus Luculli & Pompeii auaritia inducitur Euphratem transierit. Quam ob rem sine mora futurum: ut pro auro Parthico Serico ferro oneraret. Itaque

cū ppe Caras uentū esset. Parthi subito ingruētes cū Sucena & Sylacea
præfectis: sagittis oppressei romanos. Cecidere ibi plurimi senatores. ali
qui etiā consulares & prætorii uiri. Crassus quoque fili⁹ Crassi lectissi
mus iuuenis in acie occisus ē. Præterea quatuor cohortes cū Vargūteio
legato mediis deprehensæ cāpis interfectæ sunt. Surenas rapto equitatu
Crassum pseq̄ intendit. eūque circūuentū ac frustra colloquiū eius pe
tentē interfecit: quī uis uitiū auferre maluisset. Pauci noctis beneficio libe
rati Caras confugerūt. cognita clade Romanorū multæ orientis puīciæ
a societate & fide populi Romani defecissent: ni cassius collectis ex fuga
militibus paucis intumescētē Syriam egregia animi uirtute ac modera
tione pressisset: Qui & Antiochum copiasque eius ingētes prælio uicit.
& interfecit. Parthos quoq; ab Herode in Syriā missos: iamque igressus
Antiochiam bello expulit. ducēque eorū Osagen interfecit.

Narrat hic de Romano exercitu. qualiter ut ocean⁹ crescit & minuit

Gitur Romāi status agitur sp̄ alterna mutatio. & uelut forma
oceanī maris: quæ oī die dispar nunc succiduis per septem dies
attollit incrementis: nunc consequentibus totidē diebus natu
rali dāno & defectu interiore subducitur. Vt enī de pximis ordiar: cim
bris Tigurinisque uincens: cum apud Rhodanum flumen roman⁹
exercitus petiit: & artissimas Roma sensit angustias: refusa cōtinuo cla
de cimbroꝝ magis elata prouentibus priorū oblita defectuum ē. Hæc de
inde recentissimæ prosperitatis iactantiam Italicum bellum & dilacera
tio⁹ Syllana castigat. Rursus post hanc domesticā intestinamque pnciē
qua usque ad medullas pene euiscerata & exesa est: paribus ppe modū
spatiis temporū non solum reparata uerū etiam extenta est: cum Lucull⁹
Asiam: Pompeius Hispaniam: cæsar⁹ Galliam perdomuit. Romanūque
imperiuū usque ad extremos propemodum terræ terminos propagatū
est. Hanc nunc amplissimam dilatationem uastissima ruina consequit.
Apud Parthos enim consul romanus occiditur. exercitusque deletur.
atrocissimum illud Pompeii & cæsar⁹ bellum ciuile conscribitur. & in
ter hæc Roma ipsa repentino correpta incendio concrematur. Anno si
quidem ab urbe condita. dcc. incertum unde concretus plurimaz partis
urbem ignis iua sit. neque unquam antea tanto correptam ac uastatam
ciuitatē ferūt. Nam. xiiii. uicos cū uico iugario cōsumptos memoriæ p
ditū est. Hic iam ciuile bellū cōmittitur: quod magnis iam dudū dissen
sionibus ac molitionibus parabatur.

Hic de bello ciuili dicitur inter Cæsare & Pompeiū: & de incendio urbis.

Am rediens cæsar uictor de Gallia decerni sibi absenti altere cōsulatum poposcit. Contradictum est a Marcello consule adnente Pompeio. deinde decretū est a senatu: ut ī urbē Cæsar nō nisi dimisso exercitu ueniret. & ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones quæ apud Nuceriam erant Pōpeius cū īperio missus ē. Cæsar Ra uennam sese contulit. Marcus Antonius & Publius cassius tribuni plebis p cæsare intercedētes: intercedente Lentulo cōsule curia foroque p hibiti ad cæsare pfecti sunt. curione cœlioque simul comitantibus. Cæsar Rubicone flumine transmeato mox ut Ariminūz uenit. v. cohortes: quas tunc solas habebat: cū qbus ut ait Liuius: orbem terrarū adort^o ē: quid facto opus esset edocuit. Deplorans aut iniurias suas causam belli ciuilis p restituendis in patriam tribunis esse testatus ē. Inde p Antoniū septem cohortes: quæ apud Salonē morabant a Lucretio recepit: tresqz legiones: quæ Domitio apud Corphiniū erant ad partes suas traduxit. Pōpeius atque oīs senatus crescentib^o Cæsaris uiribus trepidi: tanquaz Italia pulsi: in Græciā transuecti Durachiū gerendi belli sedē delegerūt Cæsar Romam uenit. negatāque sibi ex ætario pecuniam fractis forib^o īuasit: protulitque ex eo auri pondera. iiii. M. cxxxv. argenti pondera p pe. dcccc. M. Inde digressus Ariminū ad legiones mox alpes trāsuectus Massiliam uenit: ad quam oppugnandā quod receptus nō esset. Trebo niū cū tribus legionibus relinquens ad Hispanias cōtendit: quas Luci^o Afranius & Marcus Petreius & Marcus Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. Ibi multis præliis Petreiū Afranniumqz supera tos cōposita pactione dimisit. In ulteriore uero Hispania duas legiones a Marco Varrone suscepit. similiter & duces eius. Post hæc Curio Ca tonem Sicilia expulit. Valerius Cottam Sardinia. Tuberonez Aphrica Varrus eiecit. Cæsar Massiliam rediens obsidione domitā uita tantuz & libertate concessa cæteris rebus abrafit. At uero Dolobella ex pte Cæsa ris in Illyrico per Octauiū & Libonem uictus: copiisqz exut^o ad Anto nium fugit. Basilius & Salusti^o parantes singulas legiōes: qbus præerat similiter & Antonius. Hortensius quoqz ab īfimo mari cū classe cōcur rens: oēs pariter aduersus Octauiū & Libonē pfecti & uicti sunt. Anto nius cū se Octauiū cū. xv. cohortibus dedisset: oēs ad Pōpeiū a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia ī Aphricā cū exercitu trāsgressus ē. Quē Iuba rex continuo exceptū cū oibus copiis trucidauit. Octauius Salo nas oppugnare conatus omnes pene copias quas duxit: amisit. Cœli^o de

Cotta

sciuit a Cæsare. ac se Miloni exuli iunxit. Cunque ambo seruatorū manu
Capuā oppugnare molirent: occisi sunt. Bibulus apud Corcyrā pudore
uictus: quod custodia ei? quam pelago & oppido prætebat hostis
illu serat: media sese uigiliisq; cōfecit. Appius Claudi? Censorin?: qui
iussu Pōpei Græciam tuebatur: iam abolitam poetici oraculi fidē uolu
it expiri. Quippe ab eo uates adactis descendere in specū respōdisse fert
de bello consulenti. Nihil ad te hoc Romane bellū ptinet. Euboæ cœla
obtinēbis. Cœla aut uocant Euboicū sinū. Ita Appius perplexa incert?
forte discessit. Admonet nos aliquid obrectatoribus nostris consultor
iste cōsulere. Querebantur utique fide christianorū sibi sacra interdīta
cerimoniaeque sublata: & ob hoc ideo maxime: quod extis uaticiniisq;
cessantibus futuræ clades q; sciri nequeūt: nō uitant. Cur ergo lōge atē
īperiū Cæsaris natiuitatēq; christi: sicut ipsorū auctores attestant: abo
lita fuerit poetici oraculi fides: abolita aut ideo: q; contēpta. porro aut
quare contēpta: nisi q; uel falsa: uel uana: uel dubia. Vnde prudenter
poeta præmonuit. incōsulci abeūt sedēque odere Sibyllæ. & ne forte id
parui pendant: quod contēptu abolitū atq; antiquatū fuit: hoc ē aut no
men: aut sedē: Appollo ille Phythius erat: quē ferūt magno ilio Phyto
ne serpente interfecto: toti? uaticinatōis auctore & principe: heredē & se
dis & dīnationis & noīs extitisse. ibique eū reddere elegisse responsa. ubi
orta cū auctore ipsa dīnatio uidebatur. Præterea quæ p alias quoq; ter
rarū partes spumantibus buccis: rabidoq; discursu oīs furiatorū ructat
insania: ad quem plurimi terrarū reges: quasi ad uiuam uocē cōsulci nu
minis cucurrerūt: cui sapissime ipsi Romani quoq; opulētissima dona
miserūt. At si Appollo iste Phythius paulatim discernēte expientia con
tēptus relictus atque abolitus ē: qd uiuū de mortua pecude: qd ueg; de
amente muliercula spari pōt? Quid postremo: inflauit cū pinguis ebur
Tyrrhen? ad aras: expositis opimæ pecudis intestinis nō finxit esuriēs?
nā sicut ipsi fatentur: uel obscura uel falsa dicendo ipse Appollo seducit
Quā ob rē æquo aīo ferant: si imitari interī nolunt: nos id ueritatis iudi
cio & phibere: quod potuerūt maiores eorū uel expiēdo contēnere. In
terea apud Durachiū multi orientis reges ad Pompeiū cū auxiliis con
uenerunt. Quo cum Cæsar uenisset: Pompeiū obsidione frustra cinxit:
ipse terrā. xv. M. passuū fossa præstruens: cū illi maria paterent: Pōpei?
castellū quoddā ppinquū mari: quod Marcellinus tuebat: euertit: præ
sidiaque Cæsaris: quæ ibidē morabant: occidit. Cæsar Torquarū legio
nēq; unā: ut expugnaret: aggressus ē. Hoc piculo sociorū Pōpei? cogni
to: oēs eo copias cōtraxit: in quē se ilico Cæsar omīssa obsidiōe cōuertit

Torquatus autē e uestigio prūpens auersū insecutus est. Ita Cæsaris milites ancipiti piculo territi ipso Cæsare frustra obistente fugerūt. Pōpei⁹ uero cæsaris quoque testimonio uictor psequentē reuocauit exercitū. xxiiii. M. militū cæsaris. centuriones. xxxii. eqtesque Romani complures in eo prælio cæsi sunt. cæsar inde citato agmine p̄ Epirū in Thessaliā p̄texit. Pōpeius uero cum maximis copiis secut⁹. bellūq; cōmissū est. Itaque instruit utrinque acies. Pompeius. lxxxviii. cohortes triplici ordine locauit. Fuerunt autē peditum. xl. M. eqtes in sinistro cornu. de. i dextro. d. Præterea reges multi: senatores: equitesque Romani plurimi. absque leuiū armaturæ magna copia. cæsar similiter. lxxx. cohortes triplici ordine disposuit: cui fuerunt minus q̄. xxx. M. peditum. eqtes. M. Videre ibi & gemere erat contractas Romanorū uires in campis Pharsalicis ad occisionē mutuam constitisse: quas si cōcordia rexisset: nulli populi: nulli reges ferre potuissent. Prima congressione equitatus Pōpeii pulsus sinistra latera nudauit. Deinde cum diu utrinque dubia sorte cæderent: atq; ex alia parte Pōpeius inter hortandum diceret. parcite ciuibus nec tamen faceret. ex alia uero Cæsar hoc faceret: quod urgeret: dicens. miles faciē feri. parce ciuibus. tandē uniuersus Pōpeii fugit exercitus: castraque direpta sunt. Cæsa sunt in eo prælio pōpeianorū. xv. M. centuriones. xxxiii. Hic exitus pugnæ ad Paleopharsalū fuit. Pōpeius fugiens in hostio penei amnis onerariā nauā naetus in Asiam transiit. Inde p̄ Syriā in Aegyptū uenit: ibiq; mox ut litus attigit iussu ptolemæi adolescentis in gratiā Cæsaris uictoris occisus ē. Pōpeii uxor filique fugerūt. Cætera pōpeiana classis direpta ē. oībus q̄ in ea erant crudelissime trucidatis. ibiq; & Pompei⁹ Bithynicus occisus ē. Lētulus uero uir consularis apud Pelusiū interfectus ē. Cæsar cōpositis apud Thessaliā rebus Alexādrīā uenit: platoq; ad se ac uiso Pōpeii capite anuloq; fleuit. Cūque se in regiā recepisset: eludebat a tutoribus: quomin⁹ pecuniā acciperet: tēpla sua astu spoliantibus: ut & regios thesauros uactos eē ostēderent. & in iuidiā Cæsaris populū concitarent. Præterea Achilles dux regius: ibutus semel Pōpeii sanguine: Cæsaris quoq; necē meditabat. Nā iussus exercitū dimittere cui præerat. xx. M. armatorū nō modo spreuit iperū: uerū & aciē direxit. In ipsa prælio regia classis forte subducta iubet incēdi. Ea flāma cū parte quoque urbis iuasisset. cccc. M. librorū p̄ximis forte ædibus condita exussit: singulare p̄fecto monumentū studiū: curæq; maiorū: qui tot tantaq; illustriū ingeniorū opa cōgesserāt. unde quālibet hodie: quæ in tēplis extant: quæ & nos uidim⁹ armaria librorū quib⁹ direptis exinanita ea a nostris hoībus nr̄isq; t̄pibus memorētur:

quod quidem uerū ē: tamen honestius creditur: libros alios fuisse questi-
tos. qui pristinas studioꝝ curas æmularentur: q̄ aliam ullam fuisse tūc
bibliothecaz: quæ extra. cccc. M. libroꝝ fuisse: ac per hoc euasisse credat.
Cæsar postea insulam ubi Pharus est: cepit. Eo Achilles cum Gabinia
nis militibus uenit. ingens pugna commissa est. magna ibi Cæsarianoꝝ
militum multitudo cecidit. omnes etiam interfectores Pompeii interfe-
cti sunt. Cæsar ui insistentium hostium pressus scapham ascendit: qua
mox pondere subsequentiū grauata ac merisa per. cc. passus ad nauez
una manu eleuata: qua chartas tenebat natando puenit. mox nauali cer-
tamine pulsatus magna facilitate classem regiam depreffit & cepit.

Potentibus Alexandrinis regem reddidit Cæsar.

Lexandrinis potentibus regem reddidit: monitū: ut magis ami-
citiā Romanam: quam arma experiri studeret: qui tamē ut
liber fuit: ilico bellum intulit. sed continuo cum toto exercitu
suo & ipse deletus est. Nam. xx. M. hominum in eo bello cæsa referūtur
xii. M. cum. lxx. longis nauibus dedita. v. naues ex uictoribus cecidisse
referuntur. Rex ipse adolescens scapha exceptus ut fugeret: multis insi-
lientibus meris necatusque est. Corpus eius ad littus deuolutum idi-
cio lorice aureæ cognitum fuit: Qua Cæsar Alexandriam præmissa ale-
xandrinos omnes ad deditiōem desperatione compulit. regnumq; Ae-
gypti Cleopatre dedit. Inde Syriam peruagatus pharnacem i ponto ui-
cit. Postea quam Romam uenit: dictator & consul creatus in Aphricaz
transiit. & apud Tapsum cum Iuba & Scipione pugnauit. maximamq;
hominū multitudinem ibi interfecit: Castra utriusque direpta sunt. lx.
elephantī capti. Cato sese apud Uticam occidit. Iuba percussori iugulū
præcio dato præbuit. Petreius eodem se gladio perfodit. Scipio in nauī:
qua ad Hispanias fugere contendens uento coactus in Aphricam redie-
rat: semetipsum iugulauit. in eadē nauī etiam Titus Torquat^o occisus
est. Cæsar Pompeii magni nepotes: filiāque Pompeiā: simulque cuz his
Faustum Syllam & Afranniū & Petreiuꝝ filium iussit occidi. Inde qua-
tuor triūphis urbem ingressus: disposito: recuperatoq; rei publicæ statu
cōtinuo in Hispanias contra pōpeios pōpeii filios pfect^o. xvii. quā egres-
sus ab urbe fuerat: die Saguntū peruenit. statimq; aduersus pompeios
duos & Labienū atque Actium Varū multa bella & uaria sorte gessit.
Ultimum bellū apud Mundam urbem gestum est. Vbitantis ē uirib^o
dimicatū. tantaq; cædes acta: ut Cæsar quoq; ueteranis etiā suis cedere

non erubescantibus cū cædi cogique aciem suā cerneret: præuenire morte futuræ uicti dedecus cogitarit: cū subito uersus in fugam Pompeiorum cessit exercitus. Et quidem eo die hoc bellum actum est: quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat. iiii. que annis hoc civile bellum indefinenter toto orbe tonuit. Titus Labienus & Actius Varus in acie cæsi sunt. Gneus Pompeius cum .c. equitibus aufugit. frater eius Sextus Pompeius contracta celeriter non parua Lusitanorum manu cū Cæsonio congressus est uictus. fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum imensa hominum cæde Cæsare oppugnante uix capta est.

Qualiter in curia a senatu interfectus sit Cæsar.

Cæsar Romam rediit. ubi dum rei publicæ statum contra exempla maiorum clementer instaurat: auctoribus Bruto & Cassio: Conscio etiam senatu plurimo in curia. xxiiii. uulneribus confossus interiit: In qua coniuratione fuisse amplius quàm .lx. conscios ferunt. Duo Bruti & Gaius Cassius alique socii strictis pugionibus in capitulum secesserunt. Diu deliberatum est utrum capitulum cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus enim sapientis populus dolore instimulatus in foro fragmentis tribunaliū ac subselliū cremauit. Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis. atque in suam conuersa cædem singulas quasque gentes ibidem: ubi domuit: uindicauit. Asiæ Europæ atque Africæ non dico tribus mundi partibus: sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos. fetiatisque inimicis spectaculum miseræ ultionis ingessit. Nec tamen sufficit ipsas quoque cum auctoribus causas fuisse consumptas. reciditua semina in eodem agro germinauerunt: magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno sudore factura. Victor civilis belli a ciuibus Cæsar occiditur. in cædem unius trahuntur agmina consciorum. Certum enim erat: quod Cæsar indigne peremptus plures posset habere ultores. Plurima nobilitas una simul catena sceleris copulata: ne forte tanta malorum materia non belli magnitudine suppleat: sed uindictæ breuitate tenuet. Medeam illam fabulæ ferunt dentes quodam seuisse serpentis: e quibus quasi competentes semini seges armati homines terra emerferunt seseque mox inuicem pugnando prostrauerunt. Equidem hoc poetarum commenta finxerunt. Nostra autem Roma Cæsare occiso quanta de cineribus eius agmina armata parturiiit: quanta bella in testimonium miseræ foecunditatis non legenda pueris: sed spectanda populis excitauit. & tamen horum omnium malorum initium superbia est. Inde surrexerunt bella ciuilia. inde iterum pullulauit.

Non ergo iniusta cædes est eorū: q̄ eam iniuste insectant: si ābitiōis æmu-
latio per ipsos & in ipsis & agit & punit: donec q̄ detractauerē collegiū
discāt ferre dominatū. sūmaque impii toti⁹ ad unū redacta longe aliud
oēs homines uiuendi genus subeant: ut oēs humiliter placere studeant
nō insolēter offendere. sed ad tam salubrē hūilitatis doctrinā magistro
opus est. Itaq; opportune cōpositis rebus Augusti Cæsaris t̄pibus nat⁹
est domin⁹ christus: q̄ cū in forma dei cēt formam serui humiliter assū-
psit: ut tunc demū aptior fieret humilitatis institutio: quando iam per
totum mundū pœna supbiæ omnibus esset exemplo.

De potentia & uirtute Augusti Cæsaris.

Nno ab urbe condita. dccx. interfecto Iulio Cælare Octauian⁹
qui testamento Iulii cæsaris auūculi & hæreditatem & nomen
assumpserat: idemque qui postea rerū potitus Augustus est
dictus: simul ut Romam adolescens admodū uenit: indolem suaz bellis
ciuilibus uouit. Nam ut breuiter coaceruationem maloz explicem: bel-
la ciuilia q̄nque gessit: Mutinense: Philippense: Perusinū: Siculū: Actia-
cum. E quibus duo: hoc est primū & nouissimū aduersus Marcuz An-
tonium. secundum aduersus Brutum & Cassium. tertiu⁹ aduersus Lu-
cium Antoniū. quartum aduersus Sextum Pompeiū Gnei Pōpeiū filiū
confecit. Antonius a senatu hostis pronunciat⁹ Decium Brutū apud
Mutinam obsidione concluderat. consules Hircius & Pansa: & cum his
cæsar ad liberandum Deciū Brutum expugnandūque Antoniuz missi.
Pansa primo ueniens exceptis insidiis inter suoz clades ipse quoq; pilo
grauiter uulneratus ab eodē uulnere interpositis diebus ē mortu⁹. Hir-
cius auxiliū collegæ ferēs magnas Antonii copias uasta strage deleuit.
cæsar eatenus castra custodiuit. Secunda illa aduersū Antoniū pugna:
magnæ utrinque strages actæ sunt. Nanque tunc ibi Hircius consul oc-
cisus est. uictus fuit Antonius. cæsar uictoria potit⁹ est. cui Deci⁹ Bru-
tus de coniuratione occisi Iulii cæsaris confessus preces pœnitentiæ fu-
dit. Dolobella Trebonium unum ex interfectoribus cæsaris Smyrnæ in-
terfecit. Dolobellam senatus hostem pronunciauit. consilium occisoz
uterque exercitus cæsari paruit. Postea Decius Brut⁹ in Gallia a seque-
nis captus & occisus est. Basilus autē æque unus de percussoribus mā-
seruorum suoz necatus est. Lepido satis agente cæsar Antoniū recepit
in gratiā. atq; ob fidē reconciliatæ gratiæ filiū eius matrimonio sortit⁹
est. Inde cū ad urbē accessissent: ac rumor de futura p̄scriptōe ort⁹ esset

Caius Troianus uir prætorius nihil tamen metuens in cursu militum domi suæ interfectus est. aliique complures trucidati sunt. Itaque ne latius atque effrenatius proscriptionum caedes ageretur. cxxxii. senatorum nomina in tabula proposita sunt: primum Lepidi præcepto & nomine. deinde Antonii. tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum. ibi Lucium Cæsarem auunculum suum. & quod exaggerando sceleri accessit: uiam matrem proscripserat. ibi Lepidus Lucium Paulum fratrem suum. In eodem proscriptionum numero xxx. equites Romani. multa diu & uaria caedes actæ. Domus proscriptionum direptis omnibus diruta sunt. At Dolabella in Syria multa cum Cassio bella gessit: a quo uictus ipse se interfecit. Brutus & Cassius magnis exercitiis comparatis apud Athenas conuenerunt. totamque Græciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad ditionem coegit: quibus præter uitam nihil reliquit. Igitur Cæsar & Antonius eodem in Macedonia magnis bellorum apparatus persecuti ad mortem compulerunt quibus manifestissime illa tunc pugna non uirtute partis Antonii sed Cæsaris felicitate confecta sit. Cæsar enim tunc æger cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset: hortatu & precibus medici sui: qui pro somnium admonitum sese fatebatur: ut ea die castris Cæsarem salutis ipsius caeduceret in campum: ægre inter copias egressus est: ac mox castra eius ab hostibus capta sunt. sed rursus Cæsariani milites Cassii castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti Brutus & Cassius imaturam sibi mortem ante belli terminum conscuerunt. Nam iuuitatis percussoribus Cassii caput Brutus latus præbuit. At Romæ Fulvia uxor Antonii: socrus Cæsaris dominatum ut mulier agitabat. incertum in hac mutuatione consularis regni que fastigii: utrum deficientis potentia ultima: an incipientis prima nominanda. certe etiam in eos insolens per quos ut insolesceret agebatur. Nam & Cæsarem reuersum apud Brundisium contumeliosis factionibus: insidiisque persequitur. A quo impulsata ad Antonium concessit in Græciam. Sextus Pompeius postquam se in proscriptionum numerum relatum comperit: conuersus in latrocinia omnem oram Italiae caedibus rapinisque uastauit. Sicilia prærepta: comestibusque impeditis Romam fame affecit. Mox cum eo pacem triumuirum: ut non dicam tyranni id est Lepidus: Cæsar: Antoniusque fecerunt. Sed continuo cum contra pactum Pompeius fugitiuos allegeret: ut hostis habitus est. Mæna libertus Pompeii cum. lx. nauium classe ad Cæsarem defecit. eidemque classi ipse iussu Cæsaris præfuit. Idemque continuo cum Statilio Tauro aduersus Menecratum Pompeianum ducem nauale bellum gessit. Deinde ipse Cæsar aduersus eosdem Pompeianos crudelissimum bellum gessit nauale confecit. sed continuo uicticem classem pene inuersam apud Scyllaceum naufragio amisit

Ventidius Persas & Parthos in Syriam irrumpentibus bellis maximis fudit. regemque eorum Pacorum in acie interfecit: ea scilicet die qua Crassus a Parthis fuerat occisus. Antoni^o uno uix castello expugnato pacem cum Antiocho fecit: ut ipse tantam rem consummasse uideretur. Ventidium Syriæ præfecit. iussitque ut Antigono bellum inferret: qui Iudæos tunc forte debellauerat. captisque Hierosolymis templum spoliauerat. regnumque Herodi dederat. Quem continuo uictum in ditionem recepit. Mæna libertus cum sex nauibus ad Pompeium rediit: a quo clementer receptus Cæsaris classem incendit: quæ nuper Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset. Idemque Mæna postea ab Agrippa nauali prælio circumuentus cum sex triremibus ad Cæsarem transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfugam indulta tantum uita segnem reliquit. Deinde Agrippa inter Milas & Liparas aduersus Democham & Pompeium nauale bellum gessit. ac uicit: ibique tunc naves. xxx. aut demersit aut cepit reliquis laceratis. Pompeius denique Messanam confugit. Cæsar iterea Tauromeniam traiecerat: quem repentino impetu Pompeius afflixit. Vnde multis diuersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militum perdita in Italiam Cæsar aufugit. nec interueniente mora in Siciliam rediit. Ibi que Lepidum ex Africa aduentantem obuium habuit: summas sibi partes terrore: minis: ac superbia uendicatem. Post dies paucos Agrippa iussu Cæsaris a littore cum acie instructa prospectans atrocissime nauali prælio aduersus Pompeium confligit. & uicit. Nam. clxiii. naues aut demersit: aut cepit. Pompei^o cum. x. & vii. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna. xx. legionum insolentia tumens: cum Messanam militibus permissam diripuisset: ipsum Cæsarem ad se uenientem semel atque iterum spreuit. ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuè brachium lacerna repellendo uitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus instructu exercitu aduersus Lepidum: ueniens plurimas legiones Lepidi: paucis interfectis: transire in suam partem compulit. Lepidus tamen intelligens: quo uanitas sua tenderet: deposito paludamento: assumpta que ueste pulla supplex Cæsari factus uitam & bona impetrauit: perpetuo quidem multatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam pene Siciliam ferro pertentatam: conterritamque in fidem recepit. xliiii. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferocios quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

De Antonio uicto & mortuo.

Ed Cæsar aīo ingēs. xx. M. militū exauētorauit. xxx. M. fuorū
dominis restituit. vi. M. quorū domini non extabant: in crucem
egit. Quans urbem ingressus: ut in perpetuū tribuniciæ ptātis
esset: a senatu decretum est. His diebus trans Tyberim e taberna merito
ria fons olei terra exūdauit: ac per totū diem largissimo riuo fluxit. An
tonius uero postq̄ Araxem transmisit: omnibus undique malis circun
uentus: tandem Antiochiam cū paucis rediit. Nam cū multitudine eq̄
tum & sagittariorū ab omnibus præliis: quæ plura tētauit uictus effuge
ret: tum præterea incertis & ignotis locis impeditus grauiissima fame ad
nefandos cibos coactus est. plurimique militum sese hostibus dederūt
Inde in Græciam transiit. iussitque Pompeiū: q̄ uictus a Cæsare exerci
tum bellūque reparabat: cum paucis ad se uenire. Pōpei⁹ fugiēs a Tito
& Formo Antonianis ducibus sæpe terrestri naualique bello uict⁹ & ca
ptus: ac post paululum interfectus est. Cæsar Illyricum & Pannoniam
partemque Italiae bellis subegit. & domuit. Antonius Artabanē Arme
niæ regem pditione & dolo cepit: Quem argentea catena uinctum ad cō
fessionem thesaurorū regionū coegit. Expugnatoque oppido: in quo cō
ditos esse pdiderat: magnā uim auri argentique abstulit: Qua elatus pe
cunia denunciari bellū Cæsari atque Octauiae sorori Cæsaris & uxori
repudiū indici iussit. & Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere ipera
uit: Ipse Actium: ubi classem constituerat pfectus: cum ppe tertiaz ptē
remigū fame absumptam offendisset: nihil motus: remi iquit modo sal
ui sint. Nā remiges nō deerūt: quoad Græcia hoies hūerit: Cæsar. ccxxx
rostratis nauibus a Brundisio in Epirū pfectus est. Agrippa uero præ
missus a Cæsare multas onerarias naues frumento atque armis graues
ab Aegypto Syria Asiaque ad subsidiū Antonio uenientes cepit. Pera
gratoque Peloponnensiu sinu Methonā urbē ualidissimo Antoniano
præsidio monitam expugnauit. Inde Corcyram cepit. fugientes nauali
prælio psecutus pfligauit. multisque rebus cruentissime gestis ad cæsa
rem uenit. Antoni⁹ defectu & fame militū suorū cōmotus bellū institu
it maturare. ac repēte instructis copiis ad Cæsaris castra pcessit: & uict⁹
ē. Tertio post fugā die castra Antonius ad Actiū transtulit nauali præ
lio dimicare parat⁹. ccxxx. rostratae fuere Cæsaris naues. & xxx. sine ro
stris triemes uelocitate liburnicis pares: & octo legiōes classi suppositæ
absq; cohortib⁹. v. prætoriis. Classis Antonii. clxx. nauiu fuit: quantum
numero cedens: tantū magnitudine præcellens. Nam. x. pedū altitudine
a mari aberat: Famosum & magnū hoc bellū apud Actium fuit. Ab ho
ra q̄nta usq; in horā septimā: incerta uincendi spe grauiissime utrinque

cædes actæ. reliquū diei cū subsequente nocte in uictoriā Cæsaris decli-
nauit. Prior regina Cleopatra cum .lx. uelocissimis nauibus fugit. Anto-
nius quoque detracto insigni prætoris nauis fugientē secutus uxorē ē
Illucescente iam die uictoriam Cæsar consummauit. xii. M. ex uictis ceci-
disse referunt. vii. M. uulnerata sūt: e quibus. M. inter curandū defecerūt.
Antonius & Cleopatra cōes liberos cū parte regis gazæ ad rubrū mare
præmittendos censuerūt. ipsi præsidis circa duo Aegypti Pelusiū Pa-
rethoniūque dispositis classem & copias insta urādo bello parauerunt.
Cæsar sextū imperator appellat⁹: & quartū ipse cū Marco Lycinio Cra-
so consul Brundisiū uenit: ibique orbis terrarū præsidia diuisis legiōi-
bus cōposuit: Inde in Syriā: mox Pelusiū adiit: ubi ab Antonianis præsi-
diis ultro susceptus ē. Interea Corneli⁹ gallius præmissus a Cæsare. iiii
legiones quas Antoni⁹ apud Cyrenas præsidii loco constituerat: susce-
pit in fidē. atque inde Parethoniū primā Aegyptia Libyæ parte ciuita-
tem uicto cepit Antonio. ipsūque cōtinuo apud Phary uicit. Antonius
equestre aduersus Cæsarem bellū iniit. in eo quoque miserabiliter ui-
ctus aufugit. Kalendis sextilibus prima luce Antoni⁹ cū ad instruendā
classem in portū descenderet: subito uniuersæ naues ad cæsarē trāsierūt.
Cūque unico præsidio spoliatus esset: trepidus se cū paucis recepit ī re-
giam. De inde imminente cæsare turbataque ciuitate idē Antoni⁹ sese fer-
ro transuerberauit: ac semianimis ad cleopatram in monumentū: in quod
se illa mori certa condiderat: platus ē. cleopatra postq̄ se ad triūphū ser-
uari intellexit: uoluntariā mortem petens: serpentis: ut putat: morsu in
sinistro tacta brachio exanimis inuenta ē: frustra cæsare etiā psyllos ad
mouente q̄ uenena serpentium e uulneribus hominum hauustu reuocari atq;
exugere solent. cæsar Alexandria urbe oīum longe opulētissima & ma-
xima uictor potitus est. Nam & Roma in tantū opibus eius aucta ē: ut
ppter abundantiam pecuniarū duplicia: q̄ usque ad id fuerant: possessio-
num aliarūque rerū uenaliū precia statuerent. Occisi sunt iussu Cæsaris
maior Antonii filius & Publius caninius infestus sp̄ cæsari: sed & Anto-
nio infidus. & cassius Parmensis ultima uiolati patris cæsaris uictima &
Quintus Quinius ob eam maxime notam: quod obscœnissime lanificio
textrinoque reginæ senator populi romani præesse non erubuerat. De
hinc cæsar pedestribus copiis in Syriam uenit. deinde in Asiā ad hyber-
na concessit. ac post per Græciam Brundisiū peruectus est.

Hic Cæsar primū imperator Augustus est salutatus.

Nno ab urbe. dccxxvi. ipso imperante Cæsare Augusto & Lucio Appuleio consulibus: Cæsar uictor ab oriente rediens octauo idus ianuarii urbem triplici triumpho ingressus est. ac tunc primum ipse lani portas: sopitis omnibus finitisque bellis ciuilibus clausit. Hoc die primus Augustus consalutatus est. Quod nomen cum antea inuiolatum: & huc usque cæteris inausum dominis tantum orbis licite usurpatum apicem declarat imperii atque ex eodem die summa rex ac potestatum penes unum coepit esse. & mansit: quod Græci monarchiam uocant. Porro autem hunc eundem diem: hoc est octauo idus ianuaras: quem nos epiphaniam: hoc est apparitionem siue manifestationem dominici sacramenti obseruamus: nemo credentium siue etiam fidei contradicentium nescit. De quo nostra istius fidelissimæ obseruationis sacro uberius nunc dicere nec ratio nec locus flagitat: ut & quærentibus reseruasse: & negligentibus non ingessisse uideamur. Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit: ut per omnia uenturi christi gratia præparatum Cæsaris imperium comprobet. Nam cum primum uis Gaius Cæsar auunculo suo interfecto ex Apollonia rediens urbem ingrederet hora circiter tertia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbem solis ambiit: quasi unum cum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret: cuius tempore uenturus esset: qui ipsum solem solus: mundumque totum & fecisset & regeret.

De restitutione seruorum dominis.

Einde cum secundo in sicilia receptis a Pompeio & Lepido legionibus. xxx. seruorum. M. dominis restituisset. & xliiii. legiones solum imperio suo ad tutam orbis terrarum distribuisset: ouansque urbem ingressus omnia superiora populi romani imperatori debita donanda litterarum etiam monumentis necdum aboleri censuisset: in diebus ipsis fons olei largissimus: sicut superius expressi de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid euidentius quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura christi natiuitas declarata est: christus enim lingua gentis in qua & ex qua natus est: unctus interpretatur. Itaque eodem tempore: quo Cæsari perpetua tribunicia potestas decreta est: Romæ fons olei per totum diem defluxit. Sub principatu Cæsaris romano imperio per totum diem hoc est per omne romani tempus imperii: christum & ex eo christianos: id est uictum atque ex eo uictos de meritoria taberna: hoc est de hospitali largaque ecclesia affluenter atque incessabiliter processuros: restituendosque per Cæsarem omnes seruos: qui tamen cognoscerent

dominū suū: cæterosque qui sine domino iuuenirentur: morti supplicio que dedendos: remittendaque sub Cæsare debita peccatorū in ea urbe: ī qua spontaneum fluxisset oleum: euidentissima his: qui pphetarū uoces non audiebant: signa in cælo & terra p̄digia p̄diderunt. Tertio autē cum urbem triumphans quintū consul ingressus est: eo scilicet die quē supra nominauimus: cum & Ianum post. cc. annos primūz ipse clausit: & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit: quid fidelius ac uerius credi: aut cognosci p̄t: concurrentibus ad tantam manifestationē pace: nomine: die: quam hunc occulto quidē gestorū ordine ad obsequiū p̄parationis eius p̄destinatū fuisse: qui eo die: quo ille manifestād' mūdo post paululum erat: & pacis signū p̄tulit: & potestatis nomen assūpsit? Quid aut in quarto reditu cū finito Cantabrico bello. pacatisque oībus gentibus Cæsar urbem repetiit ad contestationem fidei: quam ex primimus actum sit: ipso ordine melius proferetur.

Hic dicitur ubi Cæsar in Hispania uti gentes legibus suis prohibens Iani portas aperuit.

Nno ab urbe condita. dccxxvi. impatore Augusto Cæsare sexies. & bis Marco Agrippa consulibus: Cæsar pax in Hispania p̄ cc. annos actum intelligens: si Cantabros atque Astures duas fortissimas gētes Hispaniæ suis uti legibus sineret: aperuit Iani portas atque in Hispanias ipse cum exercitu p̄fectus est. Cantabri & Astures Galleciæ puinciæ portio sunt: qua extentum Pyreni iugū haud p̄cul secundo oceano sub septentrione deducit. Hi non solū propriā libertatem tueri parati: neq; etiam finitimorū p̄rripere ausi: Vacceos & Gurgonios & Aurigonas assiduis eruptionib' populabant. Igitur Cæsar apud Segissamam castra posuit: tribus agminibus totā pene amplexus Cantabriam. Diu itaque fatigato frustra atque in periculum sæpe deducto exercitu: tandē ab Aquitanico sinu per oceanū incautis hostibus admouere classem: atque exponi copias iubet. Tunc demum Cantabri sub mœnibus Belgicæ maximo cōgressu belli euecti in Vinniū montem natura tutissimū confugerunt: ubi obsidione famis ad extremū pene consūpti sunt. Aracillum deinde oppidum magna ui ac diu repugnās postremo captum ac dirutum est. Præterea ultiores Galleciæ p̄tes: quæ montib' siluisque consitæ oceano terminant: Antistius & Firmi' legati magnis grauibusq; bellis p̄domuerunt. Nā & Medulliū montē Minio flumini iminentē: in quo se magna multitudo hominū tuebat p̄. xv. M. passuū

fossa circūseptū obsidione cinxerūt. Itaque ubi se gens hoīū trux natu-
ra & ferox: neque tolerandæ obsidioni sufficientē: neque suscipiēdo bel-
lo parē intelligit: ad uoluntariā mortē seruitutis timore concurrat. Nā
se pene oēs certatim igne ferro ac ueneno necauerunt. Astures uero po-
sitis castris apud Asturam flumen Romanos: nisi pditi præuētiq; eēt
magnis consiliis uiribusque oppressissent. Tres legatos cū legionib; su-
is in tria castra diuisos tribus æque agminib; obruere repenti moliti su-
orū pditione detecti sunt. Hos postea Carisius bello exceptos non par-
ua etiā Romanorū clade superauit. Pars eorū prælio clapsa Lanciam cōfu-
git. Cūque milites circūdatam urbē incendio adoriri pararent: dux Ca-
risius & a suis cessationē ipetrauit incendii: & a barbaris uoluntate; de-
ditionis exegit. Studiose enī nitebat integram atq; incolumē ciuitatem
uictoriæ suæ testē relinquere. Cantabricæ uictoriæ hunc honorē detu-
lit Cæsar: ut tunc quoque belli portas clastro cohiberi iuberet. Ita tūc
secūdo p Cæsarē quarto post urbē conditā: clausus est Ianus. Post hoc
Claudius Drusus priuignus Cæsaris Galliā Rhetiamque sortitus ma-
ximas fortissimasque gentes Germaniæ armis subegit. Nam tūc ueluti
ad constitutum diem pacis festinarent: ita oēs ad experiētiā belli: deci-
sionem ue foederis undatim gentes cōmouebant: aut suscepturæ condi-
tionem pacis: si uincerent aut usuræ qeta libertate: si uincerent Norici:
Illyrii: Pannonii: Dalmatæ: Mœsui Thraces & Daci: Sarmatæ: plurimiq;
& maximi Germaniæ populi per diuersos duces uel iupetati: uel repres-
si: uel etiam obiectu maximorū fluminū Rheni Danubiiq; seclusi sūt.
Drusus in Germania primo Suseptes: deinde Tenecteros & Cathos per-
domuit. Marcomannos pene ad internitione; cecidit. Postea fortissimas
nationes: & qbus natura uires: consuetudo expiētiā uiriū; dabat. Che-
ruseos: Sueuos & Sycābros pariter uno bello: sed etiam suis aspo supra-
uit. Quorū ex eo considerari uirt; ac feritas pōt: quod mulieres quoque
eorū si quando præuentu romanorū inter plaustra sua concludebantur:
deficientibus telis: uel qualibet re: qua uelut telo uti furor possit. puos
filios collisos humi in hostiū ora iaciebant: in singulis filiorū necib; bis
particidæ. Tunc etiam in Aphricā Vfulanos & Getulos latius uagātes
Cossus dux Cæsaris artatis finibus coercuit. atque Romanis limitibus
abstinere metu cōpulit. Interea Cæsarē apud Tarraconē citerioris His-
paniæ urbē legati Indorū & Scytharū toto orbe transmissis tandē ibi iue-
nerunt: ultro quod iam quærere nō possent. Refuderūt in Cæsarē Ale-
xandri Magni gloriam: quē sicut Hispanorū Galloꝝque legatio in me-
dio oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit: ita hunc apud

Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilico munere Eous
Indus & Scythia Boreus orauit. Cantabrico bello per quinque annos
actō: totaque Hispania in æternam pacem cum quadam respiratione las-
situdinis reclinata ac reposita Cæsar Romam rediit: Quibus etiam di-
ebus multa p se multa que p duces & legatos bella gessit. Nam inter cæte-
ros & Piso aduersum Vindelicos missus est: Quibus subactis uictor ad
cæsare Lugdunū ueit. Pannonios nouo motu intumescētes: Tiberi⁹ Pri-
uignus Cæsaris cruentissima cæde deleuit. Idemque cōtinuo Germanos
bello arripuit. e qbus. xl. M. captiuos uictor adduxit: Quod reuera bel-
lum maximū & formidolissimū. xv. legiōibus per trienniū gestum ē. nec
fere ullū maius bellum sicut Suetoni⁹ attestat post Punicū fuit. Sub eo
dem uero tempe Quintili⁹ Varus cū tribus legiōibus a Germanis rebel-
lantibus mira supbia atque auaricia in subiectos se agēs: funditus delet⁹
est. Quam rei publicæ cladē Cæsar Augustus adeo grauititer tulit: ut sæ-
pe p uim doloris caput parieti collidēs clamaret: Quintili Vare redde legi-
ones: Bosforanos uero Agrippa supauit: & signis Romāis: quæ illi quō-
dam sub Mithridate sustulerāt: bello recuperatis: uictos ad deditiōem
coegit. Parthi quasi toto terrarū orbe uel domito: uel pacato omniū ocu-
lis signarent: atque in se solos oīs uigor Romani impiū uertendus esset.
quippe quos pristina ulciscēdæ Crassianæ cædis cōsciētia mordebat. ul-
tro signa: quæ Crasso interfecto abstulerāt: ad Cæsarem remiserūt: regiū
que obsidibus traditis firmū fœdus fideli supplicatōem eruerūt. Anno
ab urbe cōdita. dcclii. Cæsar Augustus ab oriēte in occidētem. a septētri-
one in meridiem: ac per totū oceani circulū cūctis gentibus una pace cō-
positis Iani portas tertio ipse clausit. Quas æuo per. xii. fere annos quie-
tissimo semp obseratas ocio ipsa etiā rubigo signauit: nec prius unq̄: nisi
extrema senectute Augusti pulsata Atheniēs iū seditiōe & Dacorū com-
mōtione patuerāt. Clausis igif Iani portis rem publicaz: quā bello quæ
siuerat pace enutrire: atque amplificare studens: leges plurimas statuit:
per quas hūanū gen⁹ libera reuerētia disciplinæ morem gereret Domini
appellatiōem: ut hō declinauit. Nam cū codē spectante ludos p̄nūciatū
esset a quodaz mimo: o dominū æquū & bonum. uniuersis que quasi de
ipso dictū eē exultantes ap̄bauissent: statī q̄dem manu uultu que ide-
coras adulatiōes repressit. & ī sequenti die grauissimo corripuit edictō.
dominū que se post hoc appellari ne a liberis q̄dem. aut nepotib⁹ suis uel
serio uel ioco passus ē. Igif eo tempe idest eo anno: quo firmissimam ue-
rissimam que pacē ordiatiōe dei Cæsar cōposuit: natus est christus: cui⁹
aduentui pax ista famulata est: ī cuius ortu audientib⁹ homībus exultā

tes angeli cecinerunt gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonae
uoluntatis. eodemque tempore hic ad quem rex omnium summa concesserat: dominus
se omnium appellari non passus est: imo non ausus: quia uerus dominus totius
generis humani inter homines natus erat. eodemque anno tunc primum idem Cae-
sar: quem his tantis mysteriis praedestinauerat deus: censum agi singulariter
ubique prouinciarum: & censeri omnes homines iussit: quando & deus homo uideri &
esse dignatus est. Tunc igitur natus est christus: Romano censui statim ascri-
ptus est. Haec est prima illa clarissimaque professio que Caesarem omnium pri-
ncipem: Romanosque dominos rex sigillatim cunctorum hominum edita ascri-
ptione signauit: in qua se & ipse qui cunctos homines fecit inueniri hominem:
ascribi que inter homines uoluit: Quod nunquam penitus ab orbe condito at-
que ab exordio generis humani in hunc mundum ne Babylonio quidem uel ma-
cedonico: ut non dicam minori cuiusque regno concessum fuit. nec dubium: quin
omnium cognitioni fidei inspectionique pateat: quod dominus noster Iesus chri-
stus hanc urbem nutu suo auctam defensamque in hunc rex apicem prouex-
erit: cuius potissime uoluit esse: cum uenit dicendus utique ciuis Romanus
census professione romani. Quam ob rem quia ad id tempus peruentum est quo
& dominus christus hunc mundum primum aduentu suo illustrauit: regnumque
Caesari tranquillissimum dedit: hunc quoque sextum libellum hoc fine con-
cluse-
rim: ut germinantia tempora christiana magisque inter reprimendum manum crescen-
tia: & quae adhuc in prouectu posita horum ipsorum: quibus haec respondere co-
gimur insectatione mordent: septimo libello: si tamen aditu uate domino
suffecerim: comprehendam: ut quoniam ab initio & peccare homines & puniri
propter peccata non tacui. nunc quoque quae persecutiones christianorum actae
sunt: & quae ultiones secutae absque eo quod omnes ad peccandum generaliter
puni sunt: atque ideo sigillatim corripiuntur: expediam.

PAULI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEPTIMUM HISTORIARUM LIBRUM PROLOGVS.

Vfficienter: ut arbitrator: documenta sunt collecta: qui-
bus absque ullo arcano: quod paucorum fidelium est: pro-
bari
de medio queat: unum illud & uerum deum: quem christiana
fides praedicat: & condidisse mundum: creaturamque ei-
cum uoluit: & disposuisse pro tempora multa: cum a multis ig-
noraret: & confirmasse ad unum: cum per unicum declarat-
est: simulque potentiam patientiamque eius multimodis argumentis elux-
isse. In quo quidem angustas deiectasque mentes offendi paulisper intelligo

quod tantæ potentia patientia tanta misceat. Si enī potens erat inquit
creare mundū: cōponere pacē mundi: insinuare mūdo cultū ad noticiā
sui: quid opus fuit tanta: uelut ipsi sentiūt & tam pnciosa patientia: ut
in ultimo errorib⁹: cladibus: laboribusq; hoīum fieret: quod a principio
uirtute eius: quem prædicat: dei sic potius cœpisse potuisset. Quibus q̄
dem ueraciter respondere possem: ad hoc ab initio creatū & institutū hu
manū genus: ut sub religione cū pace & sine labore uiuens fructu obedi
entia æternitatē pmereret: sed ab usū bonitate creatoris libertatem idul
gentis in contumacia uertisse licentiam: atque ex contēptu in obliuionē
defluxisse: iustamque nūc eē patientiam dei & iusticiam in utranq; ptē.
ut nec contēptus dispdat in totū: cui misereri uelit: & affici laborib⁹ duz
uelit: sinat contēptus potens. Deinde subsequens eē: iuste sp̄ adhibere q̄
uis ignorantī gubernationē: cui aliquando pie restitutus sit pœniten
ti antiquæ gratia facultatē. ¶ Sed hæc quoniā & si uerissime fortissimeq;
dicūtur: fidelē tamen atque obedientē requirūt: mihi autē si uidero ali
quem ex credituris: certe nūc cū incredulis actio est: p̄mpti⁹ ea proferaz
quæ ipsi & si probare noluerint: ip̄probare nō possint. Itaque q̄tū ad cōsci
entiam humanarum mentium ptinet: utrique sub reuerentia religiōis
& cōfessione cultuque supernæ potentia uiuimus: distante dūtaxat fide
ga nostræ ē fateri ex uno & per unū deū cōstare oīa. illoz tam multos de
os putare: quam multa sunt elementa. Si potentia dei inquit quē præ
dicatis fuit: ut Romanū īperiū taz amplū ac tam sublime fieret: cur igif
patientia eiusdē obfuit: ut ante nō fieret? Quibus sub eodē uerbo respō
debitur. Si potentia & deoz: quos prædicatis fuit: ut Romanū imperiū
tam amplū ac tam sublime fieret: cur igif patientia eorū dē obfuit ut an
te non fieret? an ipsi dii nondū erant? an adhuc Roma ipsa non erat? an il
li non colebant? an hæc nondū idonea ad imperiū uidebatur? Si nondū
erant dii: aut potentia: cessat intentio. Vt quid enī iam ibi eoz discussio
moram: ubi ne ipsam quidē iuenio naturam? Si autē erant dii: aut poten
tia eoz: ut ipsi iudicant: aut patientia in culpa ē: uel patientia si fuit: uel
potentia si defuit: aut si magis suasibile uidet eē: tunc quidē deos qui p̄
uehere potuissent. sed nōdū extitisse Romanos: qui p̄uehi iure possent.
Nos autē auctore rez potentiam: nō artificē sciam quærim⁹. De diis q̄p
pe: ut putant: magnis: nō de fabris uilissimis quæstio est: quib⁹ nisi mate
ria accedat. ars cessat. Si. n. præscisse illis ac uoluisse præsto sp̄ fuit: imo
etiam subiacente præscia: quia apud oīpotentiā de opibus dūtaxat suis
hoc ē præscire: quod uelle: quodcūque illud præsciebatur: cui uolūtas
astipulare: non expectari oportuit: sed creari: maxime cū & Iouem illū

suū aceruos formicaz in populos hoium ludo uertere solitum ferant. Porro aut de cura cærimoniæ nec recensendū arbitror: quoniam inter sacra cõtintia incessabilib' cladibus nullus finis: nulla reges fuit: nisi cū saluator mūdi christus illuxit: cuius aduentui prædestinatā fuisse ipii Romani pacē: & suam sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamen adhuc supplere conabor. Principio secundi libelli cū tpa Romanæ cōditionis stili tenore pstringerem: multa cōuenienter inter Babyloniam urbem assyrioz tūc principē gentiū: & Romanam nūc æque gentib' dominantem cōpacta conscripsi: fuisse illud primū: hoc ultimus iperiu: illud paulatim cædens: at istud sensim cōualescens defluxisse. illi sub uno tēpore nouissimū regem: isti primū regem fuisse. Illam deinde tūc iuadēte Cyro captam uelut in mortē cōcidisse: cunctā fiducialiter assurgētē post expulsos reges liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cū uendicante libertatē suam roma tūc quoque iudæoz popul' qui apud Babyloniā sub regibus seruebat: in sanctam Hierusalē recepta libertate redierit: tēplumque domini sicut a prophetis prædictū fuerat: reformarit. Præterea intercessisse dixeram inter Babyloniū regnū: quod ab oriente fuerat & Romanum: quod ab occidente cōsurgens. hæreditati orientis enutriebatur: Macedonicum Africānūque regnū: hoc ē quasi a meridie ac septentrione breuibus uicib' partes tutoris curatorisq; tenuisse. Orientis & occidentis regnū æque Babyloniū & Romanū iure uocitari: neminez unq̄ dubitasse scio. Macedonicū regnū sub septentriōe esse cū ipsa cœli plaga: tū Alexandri magni aræ positæ usque ad nūc sub Rhypeis mōtibus docent. Carthaginē uero uniuersæ præcelluisse Africæ: & non solū in Sicilia Sardinia cæteraque adiacentes insulas: sed etiam in Hispaniam regni terminos tetendisse: historiæ simul monumēta urbiūque declarant. Dictum est etiā uastatæ per Medos Babyloniæ: & irruptæ per Gotos Romæ partes admodū annoz numeros cucurrisse: Nūc aut his illud adiicio: quo magis clareat unū esse arbitz sæculoz: regnoz: locozque oīum deū. Regnū Carthaginense a conditōe usque ad euerfionem eius paulo amplius q̄. dcc. annis stetit. æque regnū Macedonicum a Carano usque ad Persen paulominus q̄. dcc. utzque tamen septenarius ille numerus: quo iudicant oīa: terminat. Roma ipsa etiam quis ad aduentum domini uostri Iesu christi pfecto pucheretur imperio. tamen paululum & ipsa in occursum numeri huius offendit.

Hic dicis: quomodo Roma graui incendio uastata est.

Am. dcc. conditionis suæ anno. xiiii. uicos eius incertum unde
 confurgens flamma consumpsit. nec unquam: ut ait Liuius:
 maiore incendio uastata est a deo: ut post aliquot annos Cæ-
 sar Augustus ad reparationem eorum: quæ tunc exusta erant:
 magnam uim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poteram quoque
 ostendere eundem duplicatum numerum mansisse Babyloniam: quæ post
 M. cccc. & quod excurrit: annos ultima a Cyro rege capta est: nisi præsen-
 tium contemplatione reuocaret. Illud sane libenter adiicio: quod primi
 illius regum omnium Nini: quanuis & pater eius Belus obscure primus
 regnasse referatur: anno postquam regnare cœperat. xliii. natus est ille
 sanctus Abraham: cui dictæ sunt repromissiones: ex cuius semine repro-
 missus est christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnium Au-
 gusti Cæsaris: quanuis & pater eius Cæsar metator imperii potius quàm
 imperator extiterit: istius inquam Cæsaris: postea quàm imperare cœpit
 emenso propemodum anno. xlii. natus est christus: qui Abrahami sub Ni-
 no primo rege fuerat repromissus. Natus est autem: viii. Kal. Ianuarii:
 cum primum incrementa omnia anni uenientis incipiunt. Ita factum est:
 ut cum Abraham. xliii. natus sit anno sub fine. xlii. natiuitatis christi cõ-
 ueniret: ut iam non ipse in parte tertii anni: sed in ipso potius tertio annus
 oriretur. Qui annus quantis: quàm nouis: quamque inusitatis bonis abunda-
 uerit: satis etiam me non proferente compertum haberi arbitror: toto ter-
 rarum orbe una pax omnium non cessatione sed abolitione bellorum: clau-
 sã Iani gemini portæ extirpatis bellorum radicibus: non repressis celsus
 ille primus & maximus fuit cum in hoc unum Cæsaris nomen uniuersa
 magnarum gentium creatura iurauit: simulque per communionem
 census unius societatis effecta est. Igitur anno ab urbe condita. dcc. xlii.
 natus est christus salutarem mundo afferens fidem: uere petra medio re-
 rum posita: ubi comminueretur: qui offenderet. qui crederet saluaret.
 uere ignis ardens: quem qui sequitur: illuminatur. qui tentat exuritur.
 Ipse est xp̄s christianorum caput. saluator bonorum. malorum punitor: iudex
 omnium: qui formam secutus uerbo & opere statuens: quo magis do-
 ceret: patientes in persecutionibus: quas pro nita aeterna exciperent: esse oportere:
 mox ut uirginis partu editus mundo apparuit: a passionibus suis cœ-
 pit. Namque cum rex iudeæ Herodes simul ut natum comperit: necare de-
 creuit. plurimosque tunc paruulos dum unum insectatur: occidit. Hic
 malignis improbe incurrentibus digna punitio est. Hinc in quantum tran-
 quillæ agitur mundus: credentium gratia in quantum perniciose inqui-
 etatur: blasphemantium poena est: securis per omnia christianis fidelibus:

xpus natus

quibus aut æternæ uitæ requies in tuto: aut etiam huius in lucro est. quod
promptius cum per ordinem referam: ipsis rebus ostendam. Postquam
redemptor mundi dominus Iesus christus uenit in terras: & Cæsaris cō
su ciuis Romanus ascriptus est: dum per. xii. ut dixi annos: clausæ belli
portæ beatissimæ pacis tranquillitæ cohiberent: Gaiū nepotem suum
Cæsar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriæque p̄tias misit. qui
præteriens ab Aegypto fines Palestinæ apud Hierosolymam in templo
dei tunc sancto & celebri adotare cōtempnit: sicut Suetonius Tranquil
lus refert. Quod ut Augustus comperit: prauo usus iudicio eū prudē
ter fecisse laudauit. Itaque anno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira Roma
nos fames consecuta est: ut Cæsar lanistarum familias: omnesque pegri
nos: seruorum quoque maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus
trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum dei: & correpto p̄
famem populo: quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. De
inde ut uerbis Cornelii Taciti loquar: sene Augusto Ianus patefactus:
dum apud extremos terrarum terminos nouæ gētes sæpe ex usu: & aliquā
do cum damno quæruntur: usque ad Vespasiani durauit iperium. Huc
usque Cornelius. Cæteræ & tunc capta euerfaque urbe Hierosolymarum
sicut p̄phetæ p̄nunciauerunt: extinctisque Iudæis Titus: qui ad uindi
candum domini nostri Iesu christi sanguinem iudicio dei fuerat ordia
tus: uictor triumphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur &
si sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus: tamen per multa
tempora ex eo: quanuis in p̄cinctu esset exercitus: nulla bella sonuerūt
Vnde etiam dominus Iesus christus in euangeliis: cum tēporibus illis
in sūma tranquillitate uniuersus mundus ageretur: cunctasque gentes
pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset de conditiōe tem
porum subsequentiū: inter cætera sic ait. Audituri autem estis p̄ælia &
opiniones p̄æliorum. uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primū fieri
sed non dū est finis. Confurget enim gens in gentem. & regnū in regnū:
& erunt pestilentia & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia
initia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulatione: & occidēt uos:
& eritis odio omnibus gentibus p̄pter nomē meū. Hoc autē diuina p̄uidē
tia docēs & credētes præmonēdo firmauit. & incredulos prædicando cō
fudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxxvii. post mortē Augusti Cæsaris Ti
berius Cæsar iperium adeptus ē. mansitque in eo annis. xxiii. Hic p̄ semet
ipsum nulla bella gessit. sed ne per legatos quodē aliqua grauia: nisi quod
tantum in aliquantis locis præcogniti cito gentiū tumores cōprimebant
Sane. iiii. imperii eius anno Germanicus Drusi filius: Caligulæ pater de

Germanis: ad quos ab Augusto sene missus fuerat: triūdhauit. Ipse autem Tiberius plurima imperii sui parte cum magna & graui modestia rei publicæ præfuit: adeo ut quibusdam præsidibus augēda puintiis tributa suadentibus scripserit. Boni pastoris esse tondere pecus: non deglubire. At postquam passus est dominus Iesus christus atque a mortuis resurrexit: & discipulos suos ad prædicandū misit: Pilatus præses Palæstinæ puinciæ ad Tiberiū imperatorē atque ad senatū retulit de passiōe & resurrectione christi: consequentibusque uirtutibus: quæ uel p ipsum factæ fuerant: uel per discipulos ipsius in noīe eius fiebant: & de eo quod certatim crescente plurimorū fide deus crederetur.

Hic Tiberius Cæsar retulit ad senatū ut christus deus haberetur.

Iberius cū suffragio magni fauoris retulit ad senatū: ut christus deus haberet. Senatus indignatiōe motus: quod nō sibi prius morem delatum eēt: ut de suscipiēdo cultu prius ipse decerneret: consecrationē christi recusauit. edicto que cōstituit exterminandos eē ex urbe christianos. præcipue cū & Seianus præfectus Tiberii suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamē edicto accusatoribus christianorū mortē cōminatus ē. Itaque paulatim iminuta est illa Tiberii Cæsaris laudatissima modestia in pœnā contradictoris senatus. Nam regi quæcūque uolūtate faciebat: uolūtās erat. atque ex mansuetissimo principe sæuissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorū p scripsit. & ad mortem coegit. Viginti sibi patricios uiros consilii cā legerat. Horū uix duos incolumes reliquit. cæteros diuersis causis necauit. Seianum præfectū suum res nouas molientē interfecit. Filios suos Drusum & Germanicū: quorū Drusus naturalis: Germanicus adoptiuus erat manifestis ueneni signis pdidit. Filios Germanici filii sui interfecit. Refferre sigillatim facta ei horret animus pudetque. tanta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit: ut qui spreuerant christo rege saluari: rege Cæsare punirent. Huius tamē imperii anno. xij. noua & incredibilis clades apud Fidenatiū urbē accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatorū munus spectāte collapsa ē. & plusquam. xx. M. hominū occidit. Dignū sane posteris tantæ correptōis exemplū: tūc ad spectādas hominū mortes auidos homines cōuenisse: quando p salute hominū puidēda deus homo esse uoluisset.

Hic dicit: ubi dominus passus ē: & quod terræ motus factus est p orbem

Einde anno eiusdē. xv. cūq; dominus christus Iesus uolūtariæ
qdem se tradidit passioni: sed ipse a iudæis apprehensus & pati
bulo suspensus ē: maximo terræ motu p orbē factō saxa ī mon
tibus scissa sunt. maximayque urbiū plurime partes plus solita cōcussi
one ceciderunt. Eadem quoque die ad horam dici sextā sol in toto orbe
obscuratus: tetraque nox subito obducta terris est: & sicut dictū est: im
piaque æterna timuerunt sæcula noctem. Vsq; adeo aut neque lunam
lumini solis. neque nubes obstitisse manifestū est: ut. xiiii. luna; ea die to
ta cœli regione interiecta longissime a conspectu solis abfuisse. & stellas
tunc diurnis horis uel potius in illa horrēda nocte toto cœlo fulsisse re
feratur. Quod non solum sanctorū euangeliorū fides: sed etiam aliquāti
Græcorū libri attestant. Iam hinc post passionem domini. quem iudæi q̄
tum in ipsis fuit psecuti sunt: continue clades Iudæorū: donec exinaniti
dispersique deficient: incessabiliter pstrepunt. Tiberius siqdem iuuetu
tem eorū per speciem sacramenti in puintias grauioris cœli relegauit. re
liquos gentes eiusdem uel similia sectantes urbe submouit sub pœna p
petuæ seruitutis nisi obtēperassent. Sane Asiæ ciuitates illo terræ motu
dirutas tributo dimisso ppria etiam libertate donauit. Hic ambiguus si
gnis ueneni obiit. Anno ab urbe condita. dcc. lxxx. tertius ab Augusto
Gaius Caligula cœpit regnare. mansitq; in ipio annis non plenis: iiii. hō
ante se oīum flagitiosissimus: & qui uere dignus Romanis blasphemā
tibus: & Iudæis persecutoribus punitor adhiberetur. Hic: ut breui
ter magnitudinē crudelitatis eius exprimā: exclamasse fertur. Vtinā po
pulus Romanus unā ceruicem haberet. Sæpe etiam de conditiōe tēporū
suorū conquestus ē: quod nullis calamitatibus publicis insignirētur. O
beata germina tēporis christiani quantum præualuistis in rebus humanis:
ut etiam crudelitas hoīs magis potuerit clades desiderare: q̄ iuenire Ec
ce de tranquillitate generali feritas ieiuna conquerit. Furor ipi? int? sæ
ua sedens sup arma: & centum uinctus ahenis post tergu; nouis: fremit
horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterrere
Romā. euertere Italiam. Siciliam delerere: iam pene uniuerso hūanō ge
neri toto orbe metuendi. In diebus aut salutis hoc est tēporibus christianis
cōuellere quietē non potest uel Cæsar infestus. hic si qdem magno & in
credibili apparatu pfectus quærere hostē uiribus ociosis: Germaniam
Galliāque pcurrens in ora oceani circa p̄spectu; Britannia; restitit. Cū
que ibi Minocynobellinū Britannorū regis filium: quia patre pulsus cū
paucis oberrabat: in deditiōne recepisset: deficiente belli materia Romā
rediit. Iisdē aut diebus Iudæi: qui iam tunc ob passionem christi meritis

ubi iue cladibus exagitabamur: apud Alexandriam seditiōe excitata p
stigati cæde: atque ab urbe pulsi expromendæ querelæ causa Philonē
quendam uirum sane i primis eruditum legatum ad Cæsarem miserūt
Sed Caligula cum omnibus hominibus tum præcipue iudæis esset infe
stissimus: sprete legatione Philonis omnes iudeorū sacras ædes atq3 i pri
mis antiquū illud in Hierosolymis sacrariū3 prophanari sacrificiis gē
tilium: ac repleti statuis simulacrisque imperauit: seque ibi ut deū coli
præcepit. Pilatus autem præses: qui sententiam damnationis in christū
dixerat: postquam plurimas seditiōes i Hierosolymis expleuit & fecit
tantis irrogante Gaio angoribus coartatus est: ut sua se transfuerberans
manu malorū compendium mortis celeritate quæsiuerit. Gai^o uero Ca
ligula libidinibus suis etiā3 illud sceleris adiecit: ut sorores suas primū
stupro pollueret: deinde exilio damnaret: Qui post omnes simul exules
iussit occidi. Ipse autem a suis ptectoribus occisus est. Duo libelli in se
cretis eius reperti sunt: quorū alteri pugio: alteri gladius p signo nomi
nis ascriptus erat: ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis sena
torii & equestris nomina & notas continebant morti destinatorū. Inuen
ta est & archa ingens uariorū uenenorū pocula continens. Quibus mox
Claudio Cæsare iubente demersis infecta maria traduntur non sine ma
gno pisciū exitio: quos enecatos p pxima litora passim æstus eiecit. Ma
gnū uero indicium miserentis dei ppter suffragium gratiæ in populus
continuo ex pte creditur. & ppter iræ temperamentum in populus tūc
infideliter obstinatum: ut quanta multitudo hoīum præparatam mor
tem euaserit: ex multitudine interfectorū piscium disceretur: omnib^{us} q3
notesceret: quid tanta ueneni moles arte aucta agere in miserā ciuitate3
potuisset: quæ negligenter effusa etiam maria corrupit.

Hic dicit: ubi primū uenit Romā btūs Petrus apostolus sub Claudio.

Nno ab urbe cōdita. dcc. lxxxv. Tiberi^o Claudi^o ab Augusto
quartus regnū adept^{us} ē. mansitq3 in eo annos. xiiii. Exordio re
gni eius Petr^{us} apostolus domini nrī Iesu christi Romam uenit
& salutarem cunctis credentibus fidē fideli uerbo docuit. potentissimis
que uirtutibus approbauit. Exin christiani Romæ esse cœperūt: sensit
que hoc collatū fidei suæ Roma beneficiū. Nam cum iterfecto Caligu
la multa mala de abrogando imperio ac re publica in antiquū ordine3 re
stituenda: euertēdaq3 penitus cæsarū uniuersa familia senat^{us} & consules
decreuissent. Clandius mox ut cōfirmauit iperū: magna atque adhuc

Romæ incognita usus clemētia: ne in tantam nobiliū multitudinē ultio
si eēt cœpta: sæuiret: iudiciū illud: quod ex rei publicæ statu ifeliciter cō
sultatū actumque fuerat: memoriæ exemit oīumque factorū dictorūque
in eo ueniam & obliuionē in perpetuū sanxit. Ita illam præclaram & fa
mosam Atheniensium amnestiā: quam qdē Romæ inducere Iulio Cæsare
interfecto senatus Cicerone suadente tētauerat: sed & Octauiano & An
tonio ppter ultionē extincti Cæsaris irrūpentibus in irritū cesserat: hāc
Claudius quis multo truculentiore cā in eadē conspiratorū stimulare
ultronea clementia nullo expetente firmavit. Accidit etiam eodē tēpore
præsētis gratiæ dei grande miraculū. Siquideꝫ Furiꝫ Camillus Scribo
nianus Dalmatiæ legatus: bellū ciuile molitus legiones multas fortissi
masque ad sacri mutationem pellexerat. Itaque die dicto: ut in unū ūdi
que ad nouū imperatorē cōueniret: neque aquile ornari. neque conuel
li quoquo modo signa: moueriue potuerūt: exercitus tanta & tam inusi
tata miraculi fide motus & cōuersus in pœnitentiā iperatorem Scriboni
anū. v. statim die destitutū interfecit. seseque sacro prioris militiæ conti
nuit. Tristius ac pnciosius urbi Romæ nihil unq̄ fuisse: q̄ bella ciuilia:
satis notum est. Itaque ppter aduentum apostoli Petri & tenera christi
anorū germina uix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei p̄fessionem erum
pentia hanc ex orientem tyrannidem & consurgens istud ciuile bellū q̄
nam diuinitus esse cōpressum neget: qui præteritis temporibꝫ de cōpres
sione belloꝝ ciuiliū simile p̄barit exemplum? Claudius. iiii. imperii sui
anno: cupiens se utilem rei publicæ ostentare principem: bellū ubique &
uictoriam undecunque quæsiuit. Itaque expeditionem ī Britannia mo
uit: quæ excitata in tumultū ppter non redibitos trāffugas uidebatur
transuectusque in insulā est: quam neque ante Iulium Cæsarem: neque
post eum q̄sq̄ adire ausus fuerat. Ibi ut uerbis Suetonii Tranquilli
loquar: sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimā insu
læ p̄tem in deditiōē recepit. Orchadas etiā insulas ultra Britanniam ī
oceanō positas Romano adiecit impio: ac sexto q̄ p̄fectus erat mēse Ro
mam rediit. Conferat nūc: si cuiq̄ placet insula & insula. tēpus & tēpus
bellū & bellū: cæsar & cæsar. Nam de fine nihil p̄fero: quoniam hoc fœli
cissima uictoria. illud acerbissima clades fuit. & sic demū Roma cognos
cat per eius latentē p̄uidentia in agendis rebus antea se partē fœlicitatis
habuisse: cuiꝫ agnitōe suscepta plenissima fœlicitate p̄fruitur: inquituz
non tamen blasphemiarū offendiculis deprauatur. Eodē āno imperii eiꝫ
fames grauiissima per Syriam facta ē: quam & p̄phetæ prænuclauerant.
sed christianorū necessitatibꝫ apud Hierosolymam conuectis ab ægypto

frumentis Helena Adiabenoꝝ regina cōuerſa ad fidē christi largiſſime
miniſtrauit. Anno īperii eiꝰ. v. in Therā & Therasi i insulas: de p̄fundo
emicuit belua. xxx. stadiorū extenta spatio. Anno eius. vii. sub p̄curatore
Iudææ Cumano in Hierosolymis tanta ſeditio in diebus azimorū exor-
ta est. ut in portarū exitu populo coartato. xxx. M. Iudæorū cæde p̄stra-
ta: & cōpreſſione ſuffocata referant. Anno eiꝰ. ix. expulsos per Clau-
diū urbe iudæos Iosephus refert. ſed me magis Suetonius mouet: q̄ ait
hoc modo. Claudius Iudæos ī pulſore christo aſſidue tumultuātes Ro-
ma expulit: Quod utꝰ cōtra christū tumultuātes iudæos coerceri & cō-
primi iuſſerit: an etiam christianos ſimul: uelut cognatæ religiōis homi-
nes uoluerit expelli: nequaquā diſcernit. Vexatamen ſequenti anno tanta
fames Romæ fuit: ut medio foro īpator correptus a populo cōuiciis &
fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre p̄ p̄ſeudotyꝰ in palatiū
refugiens: furorē excitatæ plebis euaserit. Paruo aut̄ intercedente tēpōre
xxxv. ſenatores & .ccc. ſimul equites Romanos minimis cauſis īterfecit
ipſe aut̄ manifeſtis ueneni ſignis mortuus ē. Anno ab urbe cōdita. dccc.
viii. Nero Cæſar ab Auguſto. v. principatū adeptus ē. manſitqꝫ ī eo an-
nis non plenis. xiiii. Gaii Caligulæ auunculi ſui erga oīa uitia ac ſcelera
ſectator: imo tranſgreſſor. Petulantia: libidinem: luxuriā: auaritia: cru-
delitatē nullo nō ſcelere exercuit. Siqdem p̄citus petulantia oīa pene Ita-
liæ ac Græciæ theatra pluſtrans: aſſūpto & uariū ueſtitꝰ dedecore ceteros
cithariſtas: tragædos: & aurigas ſæpe ſibi ſuperaffe uiſus ē. Libidinibus
porro tantis exagitatus ē: ut ne a matre q̄dē uel ſorore ulla conſanguini-
tatis reuerētia abſtinuiſſe referat: uix in uxorem duxerit: ipſe a uiro ut
uxor acceptus ſit. Luxuriæ uero tā effrenatæ fuit: ut retibꝰ aureis piſca-
ret: quæ purpureis funibꝰ extrahebāt. frigidis & calidis lauaret unguē-
tis. Qui etiā nunquā minꝰ. M. carrucis cōfeciffe iter tradit. Deniqꝫ urbis ro-
mæ incendiū uoluptatis ſuæ ſpectaculū fecit. Per ſex. n. dies ſeptēqꝫ no-
ctes ardens ciuitas regioſ pauit aſpectus. Horrea quadro ſtructa lapide
magnæque illæ ueterū inſulæ: quas diſcurrēs adire flāma nō potuit: ma-
gnis machinis quondā ad extrema bella præparatis labefactatæ atque in
flāmatæ ſunt: ad monumentorū buſtorūqꝫ diuerſoria iſœlici plebe com-
pulſa. Quod ipſe ex altiffima illa Mecenatiana turre p̄ſpectans: latuſqꝫ
flammæ. ut aiebat: pulchritudinē tragico habitu iliadē decātabat. Auari-
tiæ aut̄ tam præruptæ extitit: ut poſt hoc incendiū urbis: quam ſe Augu-
ſtus ex latericia marmorea: reddidiſſe iactauerat: neminē ad reliqꝫ reꝰ
uſtarū adire permiſerit: cū cetera: quæ flāmæ quoquo mō ſuperfuerant ipſe
abſtulit. Ceteris centena. M. ſeſtertiū ad annuam impenſam a ſenatu ſibi

conferri imperauit. Plurimos senatorū nulla extante causa bonis priua-
uit. negotiatorū omniū sub una die tormentis quoque adhibitis oēm pe-
nitus censum absterfit.

Nero hic primus persecutus est christianos: qui
etiam apostolos Petrū & Paulum occidit.

Rudelitatis autē rabie ita efferatus est: ut plurimam senatū par-
tem interfecit. equestrē ordinē pene destituerit. sed ne parricidi-
is quidem abstinuit. Matrem patrē sororē uxorem. cæterosque
cognatos & p̄p̄inuos sine hæsitatiōe prostrauit. Auxit hanc molē faci-
norū eius temeritas impietatis in deū. Nam primus Romæ christianos
supplicis & mortibus affecit. ac p̄ oēs prouincias pari p̄secutiōe excrucia-
ri imperauit: ipsumque nomē extirpare conatus beatissimos christi apo-
stolos Petrū cruce: Paulum gladio occidit. Mox aceruatim miserā ciui-
tatē obortæ undique clades oppressere. Nam subsequēte autumno tāta.
urbi pestilentia incubuit: ut. xxx. M. funery in rationeꝝ libitinæ uenirent
Britanica deinde clades euestigio accidit. qua duo præcipua oppida ma-
gna ciuiū sociorūque clade & cæde direpta sūt. Præterea ī oriēte magnis
Armeniaꝝ puinciis amissis Romanaꝝ legiōes sub iugū Parthicum missæ
ægreque Syria retēta est. In Asia tres urbes: hoc est Laodicia Hierapolis
Colossæ terræ motu cōciderūt. At uero Nero postq̄ Galbam ī Hispania
imperatorē creatū ab exercitu cognouit: totus aīo ac spe cōcidit. Cūqꝫ
incredibilia p̄turbendæ immo subruendæ rei publicæ mala moliret: ho-
stis a senatu pronūciatus ignomiosissime fugiēs ad quartū ab urbe lapi-
dem sese interfecit. atque in eo oīs Cæsary familia cōsumpta est. Anno ab
urbe cōdita. dcccxxii. Galba apud Hispanias uisurpauit impium. Qui ut
Neronis mortē cōperit. Romā uenit. Cūque omni auaricia & sauitia se-
gniciaque offenderet: Pisonē sibi nobilem industriūque adolescētē in
filiū atque in regnum adoptauit. cū quo. vii. mense imperii sui ab Otho-
ne iugulatus est. Luit Roma cædibꝫ p̄cipū excitatis ciuilibus bellis re-
centes christianæ religiōis iniurias. & signa legionū illa: quæ sub aduen-
tu in urbē Petri apostoli diuinitus coercita cōuelli nullo modo ad exci-
tandū ciuile bellū ualuerat: quod p̄ Scribonianum parabat. Petro in ur-
be interfecto. & christianis pœnarū diuersitate leniatis: toto se orbe solue-
rūt. De Hispania siquē ilico Galba surrexerat: Quo mox presso: Otho
Romæ. Vitellius in Germania. Vespasianus in Syria impia simul atqꝫ ar-
ma rapuerūt. Probēt sane & inuiti potentiā simul & clementiaꝝ dei: qui
christianis tempibus offendūf: quanta celeritate tātorū incendia belloꝝ

& excitata sunt & repressa: cum antea & minimis causis magnæ ac diuti-
næ clades agitarent: & nunc maximi undique constrepantes magnorum ma-
lorum fragores minimo negotio sopirentur. Iam enim erat Romæ quæ per se-
cutiōe uexante ecclesia: quæ iudici omnium christo etiā pro inimicis & per-
secutoribus supplicaret. Igitur Otho cum Galba & Pisone Romæ interfectis
inter tumultus cædesque inuasisset imperiū. ac mox creatū imperatorē
in Gallia per Germanicas legiones Vitelliū comperisset: bellū ciuile molitus
tribus primū leuibus præliis: hoc est unū apud alpes: alio circa Placetiā
tertio circa locum: quem Castoris uocant: contra Vitellianos duces con-
gressus uictor extitisset: quarto apud Bebrzacū prælio: cum animaduert-
tisset suos uinci. mense. iiii. quam imperare cæperat sese interfecit. Vitelli-
uictor Romam uenit ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret: incredibili
etiā uoracitatis appetitu hūanam uitā probris aggrauaret: postquam de
Vespasiano comperit: primū deponerē est molitus imperiū. postea a qui-
busdam aīatus Sabinū Vespasiani fratrem nihil mali tum suspicantes cum cæ-
teris Flauianis in Capitoliū cōpulit succensoque templo & mista simul
flamma ruinaque oēs in unū pariter interitū ac tumultū dedit. Post de-
ficiente in Vespasiani nomē exercitu suo destitutus: appropinquatibus
iam hostibus trepidus: cum se in quandā cellulam proximā palatio contru-
sisset: turpissime inde pertractus: cum per uiam factam nudus ducere passim
cunctis funū in os eius cōiectantibus in fossam deductus. viii. quam regnum
præsumserat mense apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris
cōpunctiōibus excarnificatus atque inde unco tractus & in Tyberim mer-
sus etiam cōmuni caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis per
plures dies a Vespasianis militibus aduersum senatū populumque Ro-
manum indiscreta cæde sæuitum est. Anno ab urbe cōdita. dcccxxv. bre-
ui illa quidem sed turbida tyrannorum tempestate discussa: tranquilla sub
Vespasiano duce serenitas rediit. Namque: ut paulo altius repetam: Iu-
dæi post passiōem christi destituti in totū grā dei: cum omnibus undique malis
circūuenirentur quidam in Camelum motem seducti fortibus quæ porten-
derēt exortos a Iudæa duces regni potituros fore: bellum ad se trahentes
in rebellione exarserunt. Extinctisque Romanis præsidiis legatum quo-
que Syriæ suppetias ferentem: rapta aq̄la & sæsis copiis fugauerunt. Ad
hos Vespasianus a Nerone missus Titū filium suum maiorē inter lega-
tos habuit. Nam multas & uarias legiones secum in Syriam traiecit.

Hic dicit: ubi Hierosolyma euersa est a Vespasiano
& Tito. Iudæi capti uel interfecti sunt

Taque cū Iudæos multis eorū oppidis captis in urbē Hieroso-
lymorū præcipue ob diem festū congregatos obsidione clausis-
set: cognita Neronis morte: hortatu plurimorū regū & ducū;
maxime Iosephi Iudæorū ducis sententia: qui captus cū ī uincula conii-
ceretur: constantissime dixerat: sicut Suetonius refert: continuo se ab eo-
dem sed imperatore soluendū: imperiū adeptus est. Relicto que ī castris ad
pcuratiōē obsidionis Hierosolymorū filio Tito p Alexandriam pfe-
ctus ē Romam. Sed cognita interfectione Vitellii paulisp Alexandriæ
substitit. Tunc uero magna ac diuturna obsidione iudæos premēs ma-
chinis cūctisque bellicis molibus nō sine suorū multo sanguine tandem
muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandā interiorē templi munitiōē
quam inclusam multitudo sacerdotū ac principū tuebat: maiore ui &
mora opus fuit. Quod tamen postq̄ in potestātē redactū opere & antiq̄
tate suspexit: diu deliberauit: utq̄ tanq̄ incitamentū hostiū incenderet:
an in testimoniū uictoriæ reseruaret. sed ecclesia dei iam per totū orbē
uberrime germinante: hoc tanq̄ effœtum ac uacūū: nullique usui bono
cōmodū arbitrio dei auferendū fuit. Itaque Titus imperator pñūciat^o ab
exercitu tēplū in Hierosolymis incendit ac diruit: quod a die conditiōis
prima usque ad diē euerisionis ultimā māserat annis. M. c. & ii. Muros
urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. Iudæorū eo bello interfecta Cor-
nelius & Suetonius referūt. Iosephus uero iudæus: q̄ ei tunc bello præ-
fuit: & apud Vespasianū ppter prædictū imperiū ueniam gratiamque
meruerat: scribit undecies centena. M. iudæorū gladio & fame perisse: re-
ligas uero iudæorū diuersis actas conditionib^o toto orbe disp̄sas: quarū
numerus ad. lxxx. M. hoīum fuisse narratur. Vespasianus autē & Tit^o
impatores magnificū agentes de Iudæis triumphū urbē ingressi sunt.
Pulchrū & ignotū ante cūctis mortalibus inter. ccc. xx. triūphos: q̄ a con-
ditione urbis usque in id tēpus acti erant: hoc spectaculū fuit: patres &
filium uno triūphali curru uectos gloriosissimā ab his qui patres & fi-
liū offenderant: uictoriam reportasse. Qui continuo oībus bellis ac tu-
multibus domi forisque cōpressis pacē totius orbis pñūciauerūt. & Ia-
num geminū obseratis cohiberi claustris sextū demū ipsi post urbē con-
ditam censuerūt. Iure. n. idē honos ultioni passionis domini īpensus ē:
qui etiam natiuitati fuerat attribut^o. Tūc deinde sine ullis bellorum tu-
multibus in imensū res publica hūana puehit. siquidez Achaia: Lycia
Rhodus: Byzantiū Samos: Thracia: Cilicia: Cōmagene tum primū re-
daetæ in puincias: Romanis iudicibus legibusque paruerūt. Nono autē
imperii ei^o āno tres ciuitates Cypri terræ motu corruerūt. & Romæ magna

pestilentia fuit. Vespasianus aut in uilla propria circa Sabinos. ix. anno principatus sui per fluuio uentris mortuus est. Anno ab urbe condita. dccc. xxxiiii. Titus segregatis a numero principum Othone & Vitellio ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit: Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit: ut nullus omnino sanguinem in re publica administranda fuisse referat. Et tamen tunc Romae orto repente incendio plurimae aedes publicae concrematae sunt. abruptum tunc & Vesuuuii montis uerticem magna profuisse incendia ferunt: torrentibusque flammis uicina regionis cum urbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti omnium luctu in eadem uilla qua praecius morbo absumptus est:

Domitianus hic secundam persecutionem fecit in christianos.

Anno ab urbe condita: dccc. xxxv. Domitianus Titi frater ab Augusto nonus fratri successit in regnum: Qui per annos. xv. ad hoc paulatim per omnes scelestos gradus creuit: ut confirmatissimam toto orbe christi ecclesiam: datis ubique crudelissime persecutionis edictis conuellere auderet. Is in tantam superbiam lapsus fuit: ut dominum ac deum sese uocari: scribi: colique iusserit: nobilissimos e senatu inuidiae simul ac praede causa alios palam interfecit. alios in exilium trussit. ibique imperauit trucidari. Libidinis intempantia quicquid cogitari potest: fecit. plurimas urbis aedes destructis populi Romani propriis rebus extruxit. Bellum aduersus Germanos & Dacos per legatos gessit pari rei publice pernicie: cum & in urbe ipse senatum populumque laniaret: & foris malum circumactum exercitum assidua hostes cedere conficerent. Nam quanta fuerint Diurpaneus Dacorum regis cum Fusco duce prelia: quanteque Romanorum clades longo textu euoluerem nisi Cornelius Tacitus: qui hanc historiam diligentissime contexuit: de reticendo interfectorum numero & Salustium Crispum & alios auctores qui plurimos sanxisset: & seipsum quidem potissimum elegisset dixisset. Domitianus tamen prauissime elatus iactantia sub nomine superatorum hostium de extinctis legionibus triumphauit. Idemque efferatus superbia: qua se deum coli uellet: persecutionem in christianos agi secundus a Nerone imperauit: Quo tempore etiam beatissimus Ioannes apostolus in Pathmo insula fuit. Inter iudeos quoque acerbitate tormentorum & cruentissime questionis exquiri genus Dauid atque interfici preceptum est: dum prophetis sanctis & in iudeis & creditur: quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid: qui regnum posset adipisci. Continuo tamen Domitianus crudeliter in palatio a suis interfectus est. cuius cadauer populari sandapila per uespiliones exportatum atque ignominiosissime sepultum est

Anno ab urbe condita. dccc. xlvj. quanuis Eutropius. l. hunc esse annū scripserit: Nerua admodum senex a Petronio præfecto prætorio & Parthenio Spadone interfectore Domitiani imperator decim^o ab Augusto creatus Traianū in regnum adoptauit: per queꝫ re uera afflictæ rei publicæ dīna pūisio consuluit. Hic primo edicto suo cūctos lexules reuocauit: unde & Ioannes apostolus hac generali indulgentia liberat^o Ephesum rediit. Emēsoqꝫ anno īperii sui Nerua confectus morbo diē obiit.

Hic dicitur de Traiano.

Nno ab urbe cōdita. dccc. xlvjij. Traianus genere Hispanus. xi. ab Augusto rei publicæ gubernacula Nerua tradente suscepit ac per annos. xviiiij. tenuit. Apud Agrippinam Galliæ urbem insignia sumens imperii mox Germaniam trans Rhenū in pristinū statū reduxit. trans Danubium multas gentes subegit. Regiones autē trās Euphraten & Tigrim sitas prouincias fecit. Seleuciam & Cresiphontem & Babylonem occupauit. In persecuendis christianis errore deceptus tertius a Nerone cum passim repertos cogi ad sacrificandum idolis: ac de trectantes interfici præcepisset: plurimique interficerent: Plinii secundi qui inter cæteros iudices persecutor datus erat relatu admonit^o: eos homines præter confessionem christi honestaque conuenticula nihil cōtrarium Romanis legibus facere: fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem grauem ac formidolosam uideri: rescriptis ilico leuiorib^o tēperauit edictum. Verūtamen continuo Romæ aurea domus a Nerone tot priuatis publicisque rebus impensis condita repentino cōflagrauit incendio: ut intelligeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsi^o potissime monumentis: a quo primum exorta esset: atque ī ipso auctore puniri. Terræ motu. iiiiij. urbes Asiæ subuersæ Helea: Myrma: Pythane: Cynie: & Græciæ ciuitates duæ Pynthoriū & Orthorium. Tres Galleciæ ciuitates eodem terræ motu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine concrematum. terræ motus Antiochiam pene totam subruit ciuitatem. Incredibili deinde motu sub uno tempore uideri: quasi rabie efferati per diuersas terrarū partes exarserūt. nam & per totam Libyam aduersus incolas atrocissima bella gesserunt: Quæ adeo tunc interfectis cultoribus desolata est: ut nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colonias deduxisset: uacua penitus terra abtaso habitatore mansisset. Aegyptum uero totam & Cyrenen & Thebaidam cruentis seditionib^o turbauerunt. In Alexandria autē commisso prælio uicti & attriti sunt in Mes-

potamia quoque rebellantibus iussu imperatoris bellum illatum est. Itaque multa. M. eorum uasta caede deleta sunt. Sane Salaminam urbem Cypri: interfectis omnibus incolis deleuerunt. Traianus: ut quidam ferunt: apud Syleuciam Isauriae urbem profluuio uentris extinctus est. Anno ab urbe condita dccclxvii. Adrianus consobrinus Traiani filius. xii. ab Augusto principatum adeptus uno & xx. annis imperauit. Hic per Quadratum discipulum apostolorum & Aristidem Atheniensem uix fide & sapientia plenus & per Serenum Granius legatum libris de christiana religione compositis instructus atque eruditus praecipit per epistolam ad Minutium Fundanium proconsulem Asiae datam: ut nemini liceret christianos sine obiecto criminis aut probatione damnare. Idem quoque continuo pater patriae in senatu ultra morem maiorem appellatus: & uxor eius Augusta. Adrianus rem publicam iustissimis legibus ordinauit. bellum contra Sauromatas gessit. & uicit. Iudaeos sane perturbatione scelestorum suorum exagitados: & Palestinam prouinciam quodam suam depopulantes ultima caede perdomuit. ultusque est christianos: quos illi Cotheba duce quod sibi aduersus Romanos non assentarent: excruciabatur. Praecipitque: ne cui Iudaeo introeundi in Hierosolymam esset licentia christianis tantum ciuitate permissa quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparauit. & Aeliam uocari de praenomine suo praecipit:

Quarta hic persecutiōem christianorum ab Antonio factam refert.

Anno ab urbe condita. dccclxxxix. Antonius cognomento Pius xiii. ab Augusto imperator creatus cum liberis suis Aurelio & Lucio. xx. & non plenis tribus annis rem publicam gubernauit adeo tranquille & sancte: ut merito Pius & pater patriae nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus Haeresiarches & Credo magister Martialis Romam uenerunt. Verus Iustinus philosophus librum per christiana religione compositum Antonio tradidit. benignumque eum erga christianos homines fecit. Antonius ad duodecimum ab urbe lapidem morbo correptus interijt. Anno ab urbe condita. dcccxi. Marcus Antonius Verus. xiiii. ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. mansitque in eo annis. xiiii. Hi primi rem publicam aequo iure tutati sunt. bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute & felicitate gesserunt. Anno Antonii Veri ad id bellum profectus est. Vologesus enim rex Parthorum graui eruptione Armeniam & Capadociam Syriamque uastabat. Sed Antonius per strenuissimos duces magnis rebus gestis Seleuciam Assiriae urbem super ydaspem fluum sitam cum cccc. M. hominum cepit. & cum fratre de uictoria Parthica triumphauit. ac

non multo post dū cum fiatre in uehiculo sederit: casu morbi: quem a poplexiam Græci uocant: suffocatus interiit: Quo defūcto Marcus Antoninus solus rei publicæ præfuit: sed i diebus Parthici belli psecutōes christianorū. iiii. iam post Neronem uice in Asia & in Gallia graues præcepto eius extiterūt. multique sanctorū martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa prouinciis. totamque Italiam pestilentia tanta uastauit: ut passim uillæ agri atque oppida sine cultore atque habitatore deserta in ruinas siluasque cōcesserit. Exercitum uero Romanorū cūctasque legiōes per lōginqua late hyberna dispositas ita cōsumptas ferunt: ut Marcomanicum bellum: quod cōtinuo exortum est non nisi nouo delectu militum: quē triennio iugiter apud Carnotum Marcus Antoninus habuit: gestū fuisse referat. Hoc quidem bellum prouidētia dei administratū esse cū plurimis argumentis: tum præcipue epistola grauiissimi ac modestissimi imperatoris apertissime declaratū est. Nā cum insurrexissent gentes immanitate barbaræ: multitudine innumera biles: hoc est Marcomanni Qualli Vuandali Sarmatæ Sueui. atque oīs pene Germania: & in Quallorū usque fines progressus exercit⁹: circumuentusque ab hostibus propter aquarū penuriam potius sitis q̄ hostis periculum sustineret: ad inuocationē nominis christi quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerant: tanta uis pluuiæ effusa est: ut Romanos quidē largissime ac sine iniuria referit. barbaros autē crebris fulminū ictibus perterritos: præsertim cum plurimi eorū occiderentur. in fugā coegerit: Quorū terga Romani usq; ad internitionē cædentes gloriosissima; uictoriā & oībus pene antiquorū titulis præferendam rudi paruoque militū numero: sed potentissimo christi auxilio reportarunt. Extare etiam apud plerosq; dicunt litteræ imperatoris Antonini: ubi iuocatione noīs christi p milites christianos & sitim illam expulsam & collatam fatef fuisse uictoriā. Idēque Antoninus Commodū filiū suū assumpsit in regnū. Præteriti & t̄pis p oēs p uincias tributa donauit. oīaque simul fiscaliū negociorū calūniosa monumenta cōgesta in foro iussit incendi. seueriosq; leges nouis constitutionibus t̄pauit. Postremo in Pannonia cōstitutus repētino morbo diē obiit.

Hic dicitur de flagitiis & malis: quæ gessit Cōmodus.

Nno ab urbe condita. dcccc. xxx. Lucius Antoninus Cōmod⁹ xv. ab Augusto patri successit in regnū. mansitque in eo annis xiii. & aduersus Germanos bellum feliciter gessit. Cæterum p

oīa luxuriæ. & obscœnitatis dedecore deprauatus gladiatoris quoque armis sæpissime in ludo depugnauit. & in amphitheatro feris sese obiecit frequenter. Interfecit etiam q̄ plurimos senatores: maxime quos aī ad uertit nobilitate industriaque excellere. Flagitia regis pœna urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium ictum: ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maiorꝝ cura studioque cōpositam: ædesq; alias iuxta fitas rapaci turbine concrematuit. Deinde aliud incendiū postea Romæ exortum ædem Vestæ & palatium plurimamque urbis partem solo coæquauit. Cōmodus cunctis incommodus in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur: hostis generis humani etiā uiuus iudicatus. Post hunc a senatu creatus ē senex Aelius Pertinax. xvi. ab Augusto. qui. vi. mense q̄ regnare cœpat: Iuliani iuris periti scelere in palatio occisus est. Iulianus interfecto Pertinace inuasit īperiū. sex mox a Seuero apud pōtem Miluiū bello ciuili uictus. & interfectus ē mēse. vii. postq̄ cœperat īperare. Ita in Pertinacē & Iulianū unus annus consūptus ē.

Quintam p̄secutionē hic dicit a Seuero factam.

Nno ab urbe condita. dcccc. xliiii. Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti: qui se ex nomine imperatoris quē occisum ultus fuerat Pertinacē appellari uoluit. xvii. ab Augusto destitutum adeptus imperiū: x. & vi. annis tenuit. Hic natura sæuꝝ multis sæpe bellis laceffitus fortissime q̄dem rem publicam: sed laboriosissime rexit. Pescenniū Nigrum: qui ab Aegypto & Syria ad tyrannidem aspirauerat: apud Cyzicū uicit. & interfecit: Iudæos & Samaritas rebellare conantes ferro cōpescuit. Parthos & Arabas Adiabenosq; superauit. Quinta post Neronem p̄secutōe christianos excruciauit. pluri mique scōꝝ per diuersas puincias martyrio coronati sunt. Hanc p̄phanā in christianos & ecclesiam dei p̄sumptionē Seueri cœlestis ultio euestigio acta subsequit. Nam continuo rapit: uel potiꝝ retrahit in Galliam Seuerus e Syria ad tertiū ciuile bellū. Iam. n. unū Romæ aduersus Iulianū. aliud in Syria contra Pescenniū gesserat. tertiū Dodiū Albinus Iuliani in occidēdo Pertinace socius. q̄ se in Gallia Cæsare fecerat. suscitabat: cuius bello multū utrinque Romani sanguinis fusū ē. Albinus tamen apud Lugdunū oppressus & interfectus ē. Seuerus uictor ī Britaniā defectu pene oīum socioꝝ trahit: ubi magnis grauibusq; p̄liis sæpe gestis receptā partem insulæ a cæteris indomitis gentibꝝ uallo distinguendā putauit. Itaque magnam fossam firmissimūque uallum

crebris insup turribus communitū p. cxxxii. M. passuū a mari ad mare duxit. Ibi que apud Eboracū oppidū morbo obiit: relinquēs duos filios Bassianū & Getam. Quorū Geta hostis public⁹ iudicat⁹ interiit. Bassianus uero Antonini cognōie assūpto regno potit⁹ ē. Anno ab urbe condita: dcccc. lxxvii. Aureli⁹ Antoninus Bassianus idēque Caracalla. xviii ab Augusto principatū adeptus ē. mansitq; in eo annis nō plenis septē. Vixit uero p̄e aspior: oībus libidine intpantior: q̄ etiam nouercā suā Juliam uxorē duxerit. Hic contra Parthos bellū moliens iter Edessam & Caras ab hostib⁹ circūuent⁹ occisus est. Post hūc. xviii. ab Augusto Ophilus Macrin⁹: q̄ præfectus prætorio erat cū filio Diadumeno inuasit īperiū. sed emēso anno cōtinuo apud Archelaidē militari tumultu occisus ē. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxx. Marcus Aureli⁹ Antonin⁹. xx ab Augusto īperiū adept⁹ tenuit annis. iiii. Hic sacerdos Heliogabali tēpli nullā sui nisi stuprorū & flagitiorū totiusq; obscœnitatis īfamē satis memoriā reliq̄t. Tumultu autē militari exorto Romæ cū matre interfec⁹tus ē. Anno ab urbe condita. dcccc. lxxiiii. Aurelius Alexander. xxi. ab Augusto senatus ac militū uolūtate īperator creatus. xiii. annis dign⁹ equitat⁹ præconio fuit: Cuius m̄r Mamea xp̄iana Origenē presbyterū audire curauit. Nā statī expeditōe in Persas facta Xersem regē eorū maximo bello uictor oppressit: Vlpiano uisus assessore summa; sui mode rationē rei publicæ exhibuit. sed militari tumultu apud Magontiacuz interfectus est.

De sexta persecutione a Maximino facta.

Nno ab urbe cōdita. dcccc. lxxxvii. Maximinus. xxii. ab Augusto nulla senatus uolūtate imperator ab exercitu postq̄ belluz in Germania p̄spere gesserat creatus persecutionem in christianos sextus a Nerone exercuit. Sed continuo hoc ē tertio quā regnabat anno a Pupieno Aquileiæ interfectus: & persecutōis & uitæ finem fecit. Qui maxime p̄pter christianam Alexandri: cui successerat & Mameæ matris eius familiam persecutionem ī sacerdotes & clericos: idest doctores: uel præcipue p̄pter Origenē præsb̄yterū miserat. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxxxi. Gordianus. xxiii. ab Augusto imperator creatus est: mansitque in eo annis. vi. Nam Pupienus interfector Maximini: & frater eius Albinus: qui usurpauerant īperiū: in palatio mox īterfecti sūt Gordianus admodū puer in orientē ad bellū Parthicū p̄fectus: sicut Eutropius scribit: iam portas aperuit: quas utq; post Vespasianū & Titum aliquis clausit: neminem scripsisse memini: cum tamē eas ab ipso

Vespasiano post annū aptas Cornelius Tacitus p̄bet. Igitur Gordianus ingentibus pr̄liis aduersum Parthos p̄spere gestis suorum fraude haud longe a Cyscesio super Euphratē interfectus est.

Primū hic Philippus cū filio suo ambo christiani facti sūt.

Nno ab urbe condita. dcccc. lxxxvii. Philippus. xxiii. ab Augusto īperator creatus Philippū filiū suū consortē regni fecit mansitque in eo annis. vii. Hic primus īperator omnium christi-
anus fuit. ac post tertium imperii ei⁹ annū. M. a conditiōe Romæ annus impletus est. Ita ludis magnificis augustissimis omnium pr̄teritorum hic natalis annus: a christiano imperatore celebratus ē. Nec dubium est qn Philippus huius tantæ deuotionis gratiam & honorē ad christum & ad ecclesiam reportarit: quando uel ascensum fuisse ab eo Capitolium imolataeque ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamē quis diuersis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

De septima persecutione facta a Decio.

Nno ab urbe condita. M. iiii. Decius civilis belli inceptor & re-
pressor. occisis Philippis. xxv. ab Augusto iuasit īperiū: tenuit
que annis tribus. Idē continuo in quo se etiam ob hoc Philip-
pos interfecisse docuit: ad persequendos interficiendosque christianos
vii. post Neronem feralia disp̄sit edicta. plurimosque scōrum ad coronas
christi de suis cruciatibus misit. Idēque filiū suū cæsare legit: cuius quo
simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus ē. Anno ab urbe cō-
dita. M. vii. Gallus Hostilianus. xxvi. ab Augusto regnū adept⁹ uix du-
obus annis cū Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio uiolati nomis
christiani. & quatenus ad p̄fligandas ecclesias edicta Decii cucurrerūt
catenus incredibiliū morborum pestes extendit. Nā nulla fere puincia ro-
mana: nulla ciuitas: nulla dom⁹ fuit: quæ nō illa generali pestilētia cor-
repta atque trāstata sit. Hac sola p̄nicie insignes Gallus & Volusianus:
dū contra Aemilianū nouis rebus studentē bellū ciuile moliunt: occisi
sunt. Aemilianus tamen tertio mense iuasæ tyrannidis extinctus ē. An-
no ab urbe condita. M. x. duo īperatores. xxvii. post Augustū loco crea-
ti sunt: Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus ē appellat⁹. Romæ
autē a senatu Galen⁹ in regno infelicitet annis. xv. sublimatus: respirāte
paulisper ab illa supra solitū iugi & graui pestilētia hūano generi prouo-

cat poenā suā obliuiosa malicia. Impietas enī flagella qdē excruciatā sentit. s; a quo flagellat: obdurata nō sentit. Et ut de superiorib; taceā: facta a Decio christianorū persecutiōe totū romanū imperiū pestilentia magna uexauit. Mentita est iniquitas sibi: prauo in perniciē suam circūuenta iudicio: pestilentia cōis casus eē accidentēque ex morbis mortem naturæ finem esse nō poenā. Rursus igif atque in breui iram dei sceleratis actionibus puocat: excepturus plagā: cuius aliquando meminisse cogatur.

De octaua persecutiōe facta a Valeriano.

Valerianus siqdem mox: ut arripuit imperiū: octaua sane Romæ persecutiōe adigi p tormenta christianos ad idolatriam: abnegantesque interfici iussit: fuso per oēm Romani regni latitudine scōrū sanguine. Valerianus ilico nefarii auctor edicti a Sapore Persarū rege captus imperator populi Romāi ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit: hanc infamis officii continuā: donec uixit: damnatiōis fortitus: ut ipsi accliuis regē humi spāscensurū in equū non manu sua sed dorso attolleret. Et Galenus qdem tam claro dei iudicio territ; tāq; misero collegæ p motu exemplo: pacē ecclesiis trepida satisfactiōe restituit. Sed non cōpensat iniuriæ ultioni que mensurā unius impii: quā ppetua & supra modum abominanda captiuitas contra tot. M. excruciatā scōrū: iustorūque sanguis ad deum clamās: in eadē sese terra ubi fusus est: uindicari rogat. Nō enim de solo constitutore præcepti iusto supplicii iudicio flagitabat. sed etiam executores: delatores: accusatores: spectatores: ac iudices postrema: qui iniustissime crudelitati uel tacita uoluntate assentabantur: quā deus secretorū cognitor ē: & quorū maxia p oēs puincias pars hoīum uersabat: eadē ultiois plaga corripī iustū erat. Soluunt repente undiq; pmissu dei ad hoc circūpositæ relictæque gentes. laxatisque habenis in oēs Romanorū fines inuehuntur. Germani alpib; Rhetia totaque Italia penetratis Rauennam usque perueniūt. Alemāni Gallias puagantes etiā in Italiā transeūt. Græcia Macedonia Pont; & Asia Gothorū inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in ppetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulant: Germani ulteriores abrafa potiūtur Hispania. Parthi Mesopothomiā auferunt Syriamque corradūt. Extant adhuc per diuersas puincias in magnarū urbiū ruinis parua & pauperes ædes. signa miseriarū: & nominū indicia seruantes ex quibus nos quoque in Hispania Taraconē nostrā ad consolationem miseræ recentis ostendim;. Et ne quid forte Romani corpis